Ad defuncti hereditatem quae ab intestato defertur uocari diximus suos uel qui his a praetore adnumerantur, ueluti emancipatos, uel qui constitutionibus ipsis adduntur, ueluti qui in curias sunt dati, uel qui muliere nati sunt erga quam non erat maritalis affectio, quique postea dotalis instrumenti confectione suorum adepti sunt iura. post hos uocantur ab intestato adgnati et quibus adgnationis iura senatus consultum trebellianum et orfitianum tribuerunt, matres nempe liberique earum. set et piissimi Principis nostri constitutio sororibus natis legitima iura concessit.

1. *Μετὰ τοίνυν τοὺς εἰρημένους πάντας ὁ* praétωr *ἐπε-* 1.
νόησε τάξιν, ἐξ ἧς τοὺς cognátus *ἐκάλεσε τοὺς τῇ φύσει γι-*
νωσκομένους, οὓς ἠγνόησεν ἡ τοῦ δωδεκαδέλτου στενοτάτη νο-
μοθεσία· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ ὑποστάντες[1]) capitis deminutíona
καὶ οἱ ἐκ[2]) *τούτων τεχθέντες παῖδες.*[3]) *μισηθέντας γὰρ αὐτοὺς*
ὑπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου διὰ τὴν capitis deminutíona *ἐκ τρίτης*
ὁ praétωr *ἐκάλεσε τάξεως. ταῦτα λέγω*[4]) *ἐξηρημένων μόνων*
ἀδελφῶν, ἀρρένων φημὶ καὶ θηλειῶν, emancipátωn, *οὐκέτι*
μέντοι τῶν ἐξ αὐτῶν τεχθέντων· γέγονε γὰρ[5]) *διάταξις τοῦ*
τῆς θείας λήξεως Ἀναστασίου λέγουσα, ἵνα ἐάν τις τελευτήσῃ
καταλιπὼν ἀδελφὸν integri[6]) iuris, *τουτέστι μὴ ὑποστάντα* ca-
pitis deminutíona, *καὶ ἕτερον* capite deminûton, *ὥςτε τοὺς*
δύο καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἢ τῆς τε-
λευτησάσης ἀδελφῆς κληρονομίαν οὐκ ἐξ ἴσων μερῶν, ἀλλ'
ὥςτε πλέον τι ἔχειν τὸν legítimon, *τουτέστι τὸν μὲν* capite
deminûton *λαβεῖν δ̄ οὐγκίας, τὸν δὲ* integri iuris *τὸ διπλοῦν,*
τουτέστιν η̄ οὐγκίας· πᾶν δὲ τὸ περὶ τούτου νόμιμον ἔξεστί σοι
μαθεῖν τὴν εἰρημένην ἀναγνόντι[7]) *διάταξιν. ὁ οὖν* capite de-
minûtos *ἀδελφὸς καλεῖται μὲν ἅμα τῷ ἔχοντι ἀκέραια τὰ* legí-
tima *δίκαια, ἧττονα δὲ κομίζεται μοῖραν, καθὰ εἴρηται. τῶν*
δὲ ἄλλων συγγενῶν, εἰ καὶ μὴ ὑπέστησαν capitis deminutíona,
εἰς ὁλόκληρον προτιμᾶται, πολλῷ δὲ πλέον[8]) *τῶν* cognátωn.
ἐὰν δὲ ἐγὼ τελευτήσω καταλιπὼν ἀδελφὸν capite deminûton
καὶ θεῖον πρὸς πατρὸς, ὁ ἀδελφὸς προτιμηθήσεται. οὐδεὶς οὖν
ὑποστὰς capitis deminutíona *καλεῖται ἀπὸ* adgnaticῆs *τάξεως,*
εἰ μὴ ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ μόνη, οὐ μὲν παῖδες ἀδελφοῦ·[9])
οὗτοι γὰρ ὑποστάντες capitis deminutíona *εἰς τὴν* cognati-
κὴν[10]) *μεταπίπτουσι*[11]) *τάξιν.* 2. *Καὶ τοὺς ἀπὸ θηλυγονίας* 2.
δὲ[12]) *καταγομένους ὥςπερ τοὺς* capite deminútus *ἀγνοουμένους*

---

1) *διὰ τὴν* L^2. 2) d. F. 3) d. L^6. Vi. R. 4) —*ων* M. 5) d. V. 6) integru uris M. 7) V.: cet. —*ντα*. 8) *καὶ* omisi cum L^6. Vi. R. 9) —*φῶν* V. 10) *κογνάτων* Vi. R. 11) *καταπ.* Vi. R. 12) d. Vi. R.

1. 1. Post omnes eiusmodi personas excogitauit praetor tertium ordinem, ex quo cognatos uocat, naturae quidem cognitos, legi uero XII tabularum utpote angustiori ignotos. sunt hi qui capitis deminutionem sunt passi liberique ex eis nati. huiusmodi enim personas lege XII tabularum propter capitis deminutionem odio habitas ex tertio praetor ordine uocauit. id nunc ualet, exceptis tantum fratribus ac sororibus emancipatis, non uero liberis ex iis genitis. lata est enim diuae recordationis Anastasii constitutio, qua cauetur ut si quis moriatur fratrem relinquens integri iuris, hoc est capitis deminutionem nullam passum, alterumque capite deminutum, uterque ad mortui fratris mortuaeue sororis hereditatem uocetur, non aequis tamen partibus, set ut quid amplius legitimus habeat: scilicet ut capite deminutus trientem accipiat, integri uero iuris duplum, h. e. bessem. omne uero de hoc ius licet tibi discere praefatam legenti constitutionem. capite ergo deminutus frater simul uocatur cum illo qui legitima iura imminuta seruauit: minorem tamen consequitur, ut dictum est, portionem: ceteris autem adgnatis, etiam si capitis deminutionem non sint passi, in uniuersum anteponitur, multoque magis cognatis. itaque si ego moriar fratrem relinquens capite deminutum ac patruum, frater anteponetur. nemo ergo capitis passus deminutionem ex adgnatorum ordine uocabitur, nisi frater sororque tantummodo, non autem fratris liberi. hi enim capitem deminutionem passi in cognatorum recidunt
2. ordinem. 2. Hos etiam qui ex feminini sexus personis descendunt sicuti capite deminutos legi XII tabularum ignotos uo-

ὑπὸ τοῦ δώδεκαδέλτου, ὁ praetωr ἀπὸ τῆς τρίτης ἐκάλεσε τάξεως. 3. Ἔξει δὲ ἡ τρίτη τάξις καὶ τὸν εἰς θέσιν δεδομένον 3.
παῖδα, ἡνίκα βούλεται ἐπὶ τὴν τοῦ φυσικοῦ πατρὸς παραγίνεσθαι κληρονομίαν. 4. Γυνή τις πορνευθεῖσα παῖδας ἔσχεν· 4.
οὐχ ἕξουσιν οὗτοι πρός τινα legítima δίκαια· ἡ γὰρ adgnatíωn ἀπὸ τοῦ πατρὸς γνωρίζεται, οὗτοι δὲ πατέρα ἔχειν οὐ[1]) νοοῦνται. ὥστε οὐν[2]) οὐδὲ ἀλλήλοις εἰσιν ὅμαιμοι, ἡ γὰρ ὁμαιμότης εἰδός ἐστιν adgnatíonos, cognaticà δὲ οἱ ἐκ πόρνης ἀδελφοὶ[3]) προβάλλονται πρὸς ἀλλήλους[4]) δίκαια[5]), ὥσπερ καὶ πρὸς πάντα τὸν ἀπὸ μητρὸς αὐτοῖς γινωσκόμενον συγγενῆ. καὶ[6]) οὗτοι τοίνυν[7]) ἐκ τῆς τρίτης παραγίνονται τάξεως. Οὐκοῦν ἡ ἀπὸ τοῦ praétoros ἐπινενοημένη τρίτη τάξις ἔχει τοὺς ὑποστάντας adgnátus capitis deminutíona, ἐξῃρημένων ἀδελφῶν, καὶ τοὺς ἐκ τούτων τεχθέντας[8]), οὐ μὴν[9]) ἀλλὰ[10]) καὶ τοὺς ἀπὸ θηλεογονίας ἡμῖν ἐγνωσμένους· καὶ παῖδα ὄντα[11]) μὲν[12]) ἐν[13]) θετῇ familía[14]) τὸν δὲ φυσικὸν πατέρα κληρονομεῖν σπουδάζοντα καὶ τοὺς ἀπὸ πορνείας τεχθέντας· οἷς πᾶσι proximitatis nomine τὴν »unde cognati« διακατοχὴν ἐπαγγέλλεται, τουτέστιν οὐ πάντας ἅμα καλῶν, ἀλλὰ τοὺς πλησιάζοντας τῷ βαθμῷ. 5. Πολλῶν δὲ διαφορῶν οὐσῶν μεταξὺ adgnátωn καὶ 5.
cognátωn, πρὸς ταῖς οὔσαις ἐστὶ καὶ αὕτη· ἐὰν γάρ τις ἀδιάθετος τελευτήσῃ, ὁ τούτου adgnátos ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κληθήσεται κληρονομίαν εἰ καὶ δεκάτου ἐστὶ βαθμοῦ, καὶ δύναται aditeúein ὡς ἀπὸ τοῦ ὀωδεκαδέλτου, αἰτεῖν δὲ τὴν »unde legitimi« ὡς ἀπὸ τοῦ praétoros. εἰ δὲ adgnátos μὲν μὴ ὕπεστι, περίεισι δὲ cognátoi τῷ τελευτήσαντι, δοθήσεται αὐτοῖς ἡ »unde cognati« διακατοχὴ, ἡνίκα εἰσὶ μέχρι[15]) ἕκτου βαθμοῦ·[16])

---

1) d. L^2. 2) οὗτοι ad. Vi. R. 3) M. cet. οἱ ἐκ πόρν. μρος τεχθέντες ἀδ. 4) πρὸς ἀλλ. προβ. L^2. 5) d. V. L^1. L^2. 6) d. Vi. R. ἢ καὶ M. 7) νῦν M. 8) d. L^6. 9) μόνου V. 10) ἀλλὰ μὴν L^6 11) παῖδας ὄντας V. 12) μὲν ὄντα L^6. 13) τῇ om. cum M. 14) φαμ. θετ. L^6. 15) τοῦ ins. Vi. R. 16) ἑκτ. ἡνίκ. εἰσ β. L^6.

3. cauit ex III ordine praetor. 3. Habet uero tertius ordo etiam filium adoptandum datum, cum uelit ad naturalis patris per-
4. uenire successionem. 4. Mulier quaedam uulgo quaesitos filios habuit: non habent hi aduersus quendam legitima iura: adgnatio enim a patre cognoscitur, hi uero patrem habere non intelleguntur. itaque neque sibi inuicem consanguinei sunt, quia consanguineitas adgnationis species est: cognationis autem iura uulgo quaesiti fratres inuicem sibi praeseferunt, sicuti et erga omnes per matrem sibi notos cognatos. hi autem ex tertio adeunt ordine. igitur tertius ordo a praetore excogitatus continet: adgnatos qui capitis passi sunt deminutionem, exceptis fratribus, eorumque liberos, item eos qui per feminini sexus personas nobis iunguntur, filiumque in adoptiua morantem familia patri autem suo succedere cupientem et uulgo quaesitos: quibus omnibus proximitatis nomine bonorum possessionem unde cognati praetor pollicetur, id est non omnes simul set proximioris gradus tantummodo perso-
5. nas uocans. 5. Cum plures sint inter adgnatos cognatosque differentiae, haec quoque iis addenda est. si quis intestatus moriatur, eius adgnatus ad successionem uocabitur uel si decimo gradu sit, potestque adire ex XII tabulis, uel bonorum possessionem »unde legitimi« ex praetorio edicto petere. si uero adgnatus non extet, set tantum cognati defuncto, dabitur eis bonorum possessio »unde cognati«, qui usque

ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑβδομου βαθμοῦ[1]) ταῦτα μόνα καλεῖται τὰ πρόσωπα, ὁ υἱὸς ἤγουν[2]) ἡ θυγάτηρ τοῦ sobrínu[3]) ἢ τῆς sobrínas.[4]) τίνες δὲ οὗτοί εἰσιν ἐν τῷ ἑξῆς μαθησόμεθα τίτλῳ.

De gradibus cognationum.[5]) Titulus 6.

Τὸ πρώην ἐν προθεωρίᾳ[6]) ἡμῖν εἰρημένον περὶ τῶν[7]) βαθμῶν νῦν ἀναγκαῖον δι' αὐτοῦ παραστῆσαι τοῦ ῥητοῦ ἐπὶ τὸ πλείονα πίστιν ἔχειν τὸ λεγόμενον.a) ἀριθμηθήσονται δὲ οἱ βαθμοὶ τῆς συγγενείας οὕτως. τέως δὲ[8]) κατὰ πρώτην τάξιν εἰδέναι χρὴ τὴν συγγένειαν [εἶναι[9])] ἢ τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἢ τῶν[10]) ἀπὸ λοξότητος ἐρχομένων, οἵτινες λέγονται »ἐκ πλαγίου«, ἀδελφῶν ἀρρένων καὶ θηλειῶν, καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν τικτομένων· ἀκολούθως δὲ θείου καὶ θείας, τοῦτο μὲν πρὸς πατρὸς, τοῦτο δὲ πρὸς μητρός. καὶ ἡ μὲν τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων συγγένεια ἀπὸ πρώτου ἄρχεται[11]) βαθμοῦ, ἡ δὲ[12]) ἐκ πλαγίου ἀπὸ δευτέρου· πρῶτον γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βαθμὸν ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου. 1. Ὁ πρῶτος βαθμὸς ἐν μὲν τοῖς ἀνιοῦσιν ἔχει πατέρα μητέρα, ἐν δὲ τοῖς κατιοῦσιν υἱὸν θυγατέρα. 1. 2. Ὁ δεύτερος ἐν τοῖς ἀνιοῦσιν ἔχει πάππον μάμμην, ἐν[13]) τοῖς κατιοῦσιν ἔκγονον ἐκγόνην, ἐν δὲ τοῖς ἐκ πλαγίου ἀδελφὸν ἀδελφήν. 2. 3. Ὁ τρίτος βαθμὸς ἔχει ἐν τοῖς ἀνιοῦσι πρόπαππον προμάμμην, ἐν τοῖς κατιοῦσι προέκγονον προεκγόνην,[14]) ἐν τοῖς ἐκ 3.

---

1) d. V. 2) ἢ L6. 3) cobrínu M.: κονσοβρ. L1. L2. V. L6. 4) cobrínas M: σοβρίνας L6. κονσοβρίνης V. L1. L6. οἱ ἀπὸ δύο ἀδελφῶν τικτόμενοι παῖδες ins. L2. 5) περὶ βαθμῶν [—μοῦ V.] κατὰ θηλυγονίαν [τῆς κ. θ. L1.. d. Vi. F. R.] συγγενείας. libri ed. 6) θεωρίᾳ V. 7) τοῦ β—οῦ L6. 8) d. V. 9) ad. ex cj. R. 10) M.: cet. καὶ κατ. 11) ἀριθμεῖται M. 12) τῶν ins. V. 13) δὲ ins. Vi. R. 14) καὶ ins. L6.

a) Ἀνέκδοτα Zach. 184. Proch. 7, 2.

ad sextum gradum cognationis sunt; ex septimo enim gradu hae tantum personae uocantur: sobrini sobrinaeue filius filia. quinam hi sint ex sequenti discemus titulo.

De gradibus cognationum. Titulus 6.

Quod superius de gradibus nobis dictum est necesse est nunc per ipsum exhibere contextum ut maiorem habeant dicta fidem. numerabuntur autem sic cognationis gradus. in primis uero nosse oportet cognationem esse aliam superiorem aliam inferiorem aliam ex transuerso, quae etiam a latere dicitur, fratrum sororumque et eorum qui ab his progenerantur et conuenienter patrui amitae auunculi materterae. superior inferiorque cognatio a primo incipit gradu, ea quae ex transuerso est a secundo: primus enim gradus in hac a latere cognatione inueniendus non est. 1. Primus gradus supra continet patrem matrem, infra filium filiam. 2. Secundus supra continet auum auiam, infra nepotem neptem, ex transuerso fratrem sororem. 3. Tertius gradus habet supra proauum proauiam, infra pronepotem proneptem: ex transuerso fratris

πλαγίου ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς υἱὸν καὶ θυγατέρα καὶ ἀκολούθως θεῖον πρὸς πατρὸς θεῖον πρὸς μητρὸς [θείαν πρὸς πατρὸς θείαν πρὸς μητρός].[1]) ʽO[2]) θεῖος πρὸς πατρὸς ῥωμαϊστὶ λέγεται »patruus«, τουτέστιν ὁ τοῦ πατρὸς ἀδελφὸς, ὅστις ἑλληνιστὶ λέγεται »πατρῷος«· ὁ δὲ πρὸς μητρὸς θεῖος καλεῖται[3]) »auunculus«[4]), τουτέστι τῆς μητρὸς ἀδελφὸς,[5]) ὃς παρ' Ἕλλησι καλεῖται κυρίως »μητρῷος«· κοινῶς δὲ πᾶς θεῖος λέγεται. ἡ πρὸς πατρὸς θεία λέγεται »amita« τουτέστι τοῦ πατρὸς ἀδελφὴ, ἡ δὲ πρὸς μητρὸς »matertera« τουτέστι τῆς μητρὸς ἀδελφή. ἑκατέρα δὲ θεία προσαγορεύεται, ἤγουν παρά τισι τηθίς.[6]) 4. ʽO[7]) τέταρτος βαθμὸς περιέχει ἐκ μὲν τῶν ἀνιόντων ἀπόπαππον ἀπομάμμην, ἐκ δὲ τῶν κατιόντων ἀπέκγονον ἀπεκγόνην, ἐκ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς ἔκγονον ἐκγόνην, θεῖον πρὸς πατρὸς μέγαν, θείαν πρὸς πατρὸς μεγάλην, ὁμοίως δὲ θεῖον μέγαν πρὸς μητρὸς θείαν μεγάλην πρὸς μητρὸς, τουτέστι τοῦ πάππου μου[8]), τῆς μάμμης μου ἀδελφὸν καὶ ἀδελφήν. ἐστὶ καὶ ὁ[9]) consobrînos καὶ ἡ[10]) consobrína, τουτέστιν οἵτινες ἢ[11]) αἵτινες ἀπὸ δύο ἀδελφῶν ἀρρένων ἤγουν θηλειῶν τίκτονται.[12]) τινὲς δὲ τῶν παλαίων »consobrínus« μὲν ὀρθῶς λέγουσι τούτους κυρίως[13]), οἵτινες ἐκ δύο ἀδελφῶν θηλειῶν[14]) ἐτέχθησαν, quasi »consororinos«,[15]) τούτους δὲ οἵτινες ἐκ δύο ἀδελφῶν ἀρρένων προῆλθον κυρίως »patres patrueles« καλεῖσθαι λέγουσιν[16]). εἰ δὲ ἐκ δύο ἀδελφῶν ἀρρένων θυγατέρες τεχθῶσιν, ἀλλήλας καλοῦσι »sorores patrueles«, οἱ δὲ ἀπὸ[17]) ἀδελφοῦ ἢ[18]) 4.

---

1) θεῖον [καὶ θείαν cj. R.] πρὸς προς ἢ πρὸς μρος Vi. R. »θ. πρὸς μρος« d. L[2] Inclusa addidi ex cj. F. 2) δὲ L[1]. 3) d. L[1]. L[2]. 4) abunsulus M. L[1]. 5) M. L[1]. L[2].: ἀδ. μητρ. V. L[6]. F.: ἀδ. τῆς μ. Vi. R. 6) τιθείς V. τεθεῖσα L[2]. τιτθίς L[1]. Vi. R. 7) δὲ omisi cum M. L[1]. L[2]. V. L[6]. 8) τ. π. μ. καὶ d. M. V. L[1]. L[2]. F. 9) d. L[6]. 10) d. L[6]. 11) L[6].: cet. καὶ. 12) τίκτ. ἤγ. θηλ. Vi. R. 13) τούτ. κυρ. V. L[6]. κυρ. λέγ. ὀρθ. τούτ. F. 14) θελ. ἀδ. L[1]. F. 15) consobrínus L[1]. L[2]. κονσοβρίνους L[6]. Vi. 16) τουτ. ἐξ ἀθελφῶν πατρῶν L[6]. ad. 17) τοῦ ins. Vi. G. 18) ἀπὸ ad. L[1]. L[2]. F.

sororisue filium filiamue, et conuenienter patruum amitam auunculam materteram. patruus dicitur patris frater qui graece »πάτρως« uocatur. auunculus matris frater qui apud Graecos proprie »μήτρως« dicitur: et promiscue uterque »θεῖος« audit. amita uocatur patris soror, matertera autem matris soror: utraque autem »θεία« appellatur
4. uel apud quosdam »τηθίς«. 4. Quartus gradus amplectitur supra abauum abauiam, infra abnepotem abneptem, ex transuerso fratris ac sororis nepotem neptemque: patruum magnum amitam magnam, item auunculum magnum materteram magnam, id est aui auiaeque mei fratrem ac sororem. est et consobrinus et consobrina, id est qui quaeue ex fratribus aut sororibus progenerantur. quidam autem ueterum »consobrinos« illos proprie dicunt, qui ex duobus sororibus geniti sint, quasi »consororinos«: eos uero, qui ex duobus fratribus descenderint »fratres patrueles« proprie uocari docent. si autem ex duobus fratribus filiae nascuntur, sese inuicem »sorores patrueles« uocant: ii qui ex fra-

ἀδελφῆς τικτόμενοι »amitînoi«[1]) κυρίως προσαγορεύονται. τῆς θείας μου τῆς πρὸς[2]) πατρὸς[3]) οἱ παῖδες ἐμὲ μὲν »consobrînon« καλοῦσιν, ἐγὼ δὲ ἐκείνους »amitínus«.[4]) ὥςτε οὖν δεῖ συνελόντα εἰπεῖν· καταχρηστικῶς μὲν οἱ ἀπὸ δύο ἀδελφῶν[5]) ἀρρένων ἤγουν θηλειῶν τικτόμενοι »consobrînoi« προσαγορεύονται· κυρίως δὲ οἱ μὲν ἀπὸ ἀρρένων ἄρρενες »fratres patrueles«, οἱ δὲ ἀπὸ θηλειῶν ἄρρενες ἤγουν θήλειαι »consobrînoi« ἢ »consobrînai«,[6]) οἱ δὲ ἀπὸ ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς »amitînoi«. ἀλλ' οὗτος[7]) ὁ μὲν τῆς θηλείας υἱὸς τὸν τοῦ ἄρρενος »consobrînon« καλέσει, ὁ δὲ τοῦ ἄρρενος τὸν[8]) τῆς θηλείας »amitînon«. 5. Ὁ πέμπτος βαθμὸς ἔχει ἐν ἑαυτῷ[9]) ἐκ μὲν τῶν ἀνιόντων δίσπαππον δισμάμμην,[10]) ἐκ δὲ τῶν κατιόντων δισέκγονον δισεκγόνην, ἐκ δὲ τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς προέκγονον[11]) προεκγόνην. καὶ ἀκολούθως μείζων θεῖος πρὸς πατρὸς[12]) μείζων θεία πρὸς πατρὸς,[13]) τουτέστι τοῦ[14]) προπάππου[15]) ἀδελφὸς καὶ ἀδελφή, μείζων θεῖος πρὸς μητρὸς μείζων θεία πρὸς μητρὸς, τουτέστι τῆς προμάμμης ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ[16])· ὁμοίως καὶ τῶν ἀπὸ ἀδελφῶν τικτομένων (οἵτινες, ὡς εἴρηται ποτὲ μὲν λέγονται »fratres patrueles« ποτὲ δὲ »sorores patrueles«, καὶ ποτὲ μὲν »consobrînoi« καὶ »consobrînai«, ποτὲ δὲ »amitînoi« καὶ »amitînai«) υἱὸς καὶ θυγάτηρ καὶ ὁ λεγόμενος »próprios sobrînos« καὶ »própria sobrîna«[17]) τουτέστι[18]) τῶν μεγάλων θείων τῶν πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς υἱὸς καὶ θυγάτηρ. 6. Ἕκτου βαθμοῦ εἰσιν ἐκ[19]) τῶν ἀνιόντων τρίσπαππος τρισμάμμη,[20]) ἐκ[21]) τῶν κατιόντων τρισέκγονος 5. 6.

---

1) amitini F. 2) d. L^2. 3) μητρός L^1. L^2. 4) ita M. 5) d. Vi. F. R. 6) κονσοβρῖνος καὶ κονσοβρίνα L^1. L^2. L^6. 7) —τως M. 8) d. L^2. 9) $\overline{\varepsilon}$ βαθμοῦ εἰσιν ἐκ cet. L^6. 10) δισ. δισμ. L^6. 11) καὶ ins. L^1. L^2. 12) καὶ μείζων θ. πρὸς μρος ad. L^6. 13) καὶ μ. θεία πρὸς μρος cet. L^6. 14) d. L^2. 15) καὶ τῆς προμάμμης L^6. 16) haec d. L^6. 17) M. Par.^{2}. μέγας προπρίων κονσοβρῖνος . . προπρίων κονσοβρϊναε P. L^6. προπριοκονσοβρῖνος προπριοκονσοβρῖνα V. L^1. πρόπριος κονσοβρῖνος. πρόπρια κονσοβρῖνα Par.^{1}. L^2. F. 18) ἤγουν L^6. 19) »μὲν« omisi cum M. L^6. 20) τριπ. τριμ. L^6. 21) »δὲ« om. M.

tre sororeque propagantur appellantur amitini. materterae meae filii me consobrinum dicunt, ego uero eos amitinos. itaque, ut paucis absoluam, abusiue ex duobus fratribus uel sororibus nati consobrini audiunt: proprie uero qui ex fratribus progenerantur fratres patrueles, qui ex sororibus mares seu feminae consobrini uel consobrinae, ex fratre et sorore amitini. et ita sororis natus filium auunculi consobrinum uocabit, fratris autem natus filium amitae amitinum. 5. Quintus gradus amplectitur supra atauum atauiam, infra atnepotem atneptem, ex transuerso fratris sororisque pronepotem proneptem et conuenienter propatruum proamitam, id est proaui fratrem et sororem, proauunculum promaterteram, id est proauiae fratrem ac sororem. similiter eorum qui ex fratribus progenerantur (quique ut dictum est interdum audiunt fratres patrueles, interdum sorores patrueles, interdum consobrini et consobrinae, interdum demum amitini et amitinae), filium filiamque, quique audit proprius sobrina, et propria sobrina, id est magni patrui magnae amitae magni auunculi magnae materterae filium filiamque. 6. Sexto gradu sunt supra tritauus tritauia, infra trinepos trineptis, ex trans-

5. 6.

τρισεκγόνη, ἐκ[1]) τῶν ἐκ πλαγίου ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς ἀπέκγονος ἀπεκγόνη καὶ ἀκολούθως θεῖος μέγιστος πρὸς πατρὸς[2]) θεία μεγίστη πρὸς πατρὸς θεία μεγίστη πρὸς μητρὸς, τουτέστι[3]) τῆς ἀπομάμμης ἀδελφὸς ἢ ἀδελφή· ὁμοίως καὶ ὁ[4]) consobrînos καὶ ἡ[5]) consobrîna τουτέστιν ὅστις ἢ ἥτις[6]) ἀπὸ τῶν fratres patrueles[7]) ἢ ἀπὸ τῶν consobrínων ἢ amitínων ἐτέχθησαν. 7. Ἀρκεῖ μέχρι τούτων ἀποδεῖξαι[8]) τίνα τρόπον οἱ τῆς συγγενείας ἀριθμοῦνται βαθμοὶ·[9]) ὀφείλεις γὰρ εἰδέναι ὅτι τὸ τεχθὲν πρόσωπον ἀεὶ βαθμὸν[10]) προστίθησιν. εὐχερέστερον δέ ἐστι τὸ εἰπεῖν πόσου[11]) τίς[12]) ἐστι βαθμοῦ, ἥπερ τὰ ἰδιάζοντα τῆς συγγενείας ὀνόματα δηλῶσαι. 8. Τῷ δὲ[13]) αὐτῷ τρόπῳ καὶ τῆς adgnatíonos καὶ τῆς cognatíonos ἀριθμοῦνται οἱ βαθμοί.[14]) 9. Ἀλλ' ὁπότε ἡ ἀλήθεια διὰ τῶν ὀφθαλμῶν μᾶλλον ἥπερ διὰ τῆς ἀκοῆς ἔχει τὴν πίστιν ἰσχυροτέραν, ἀναγκαῖον ἐνομίσθη διὰ τοῦτο μετὰ τὴν τῶν βαθμῶν διήγησιν, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐγγράψαι τοὺς βαθμούς, ὅπως ἂν ἀκοῇ καὶ θέᾳ οἱ νέοι ταῦτα παραλαμβάνοντες[15]) τελειοτάτης τῶν βαθμῶν ἐπιτύχωσι διδασκαλίας.

7.

8.

9.

---

1) »δὲ« om. M. 2) καὶ ins. L[6]. 3) τοῦ ἀποπάππου καὶ ins. L[6]. 4) μείζων ins. P. L[6]. Vi. F. R. 5) d. L[6]. 6) οἵτινες ἢ αἵτινες P. L[6]. 7) φράτρων πατρουέλων Vi. F. R. 8) ἐπιδ. L[1]. L[2]. δεῖξαι L[6]. 9) βαθμ. ἀρ. V. 10) —θμῷ M. 11) M.: cet. πόστου. 12) addidi cum V. Vi. R. 13) d. L[6]. 14) καὶ τῆς κογν. h. l. Vi. F. R. 15) προσλ. Vi. R. ταῦτα παρ. V.

uerso fratris sororisque abnepos abneptis, et conuenienter abpatruus abamita, idest abaui frater et soror, abauunculus abmatertera, idest abauiae frater ac soror: similiter et consobrinus et consobrina, idest quis quaeue ex fratribus patrue-
7. libus uel consobrinis uel amitinis progenerantur. 7. Hactenus ostendisse sufficit quemadmodum cognationis gradus numerentur: scire enim debes quomodo generata quaeque persona gradum adiciat: facilius autem est respondere quoto quisque gradu sit, quam proprias cognationis appellationes
8. exprimere. 8. Eodem modo adgnationis ac cognationis gra-
9. dus numerantur. 9. Set cum ueritas per oculos quam per aures fidem potiorem nanciscitur, ideo necessarium putatum est post graduum narrationem ipsos etiam gradus praesenti libro inscribi, quatenus et auribus et inspectione adulescentes haec percipientes perfectissimam graduum doctrinam adipiscantur.

10. *Τοῦτο δὲ πρὸ πάντων εἰδέναι*[1] *χρὴ ὅτι ὁ* praétωr *ἐπινοήσας τὴν* cognaticὴn *τάξιν οὐ συνηρίθμησε τοῖς* cognátois[2] *τὴν ἐν δουλείᾳ συστᾶσαν συγγένειαν, ἐπειδὴ οὐδὲ νόμος ἀρχαιότερος, οἷον ὁ δωδεκάδελτος ἢ καὶ ἕτεροί τινες περὶ συγγενῶν διαλεγόμενοι, τούτους ἐπίστανται. ἀλλ' ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς ἐν τῇ διατάξει ἐν ᾗ περὶ τῶν* patronicῶn *διειλέχθη διαδυχῶν, ἀνελὼν τὴν ἐν αὐταῖς*[3] *κρατοῦσαν ἀσάφειαν καὶ τῆς νομοθεσίας τὴν σύγχυσιν, φιλανθρώπῳ σκοπῷ ἐθέσπισε καὶ τοῦτο, ἵνα ἐάν τις δοῦλος ὢν παῖδας σχοίη*[4] *εἴτε ἐξ ἐλευθέρας εἴτε ἐκ δούλης, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου δούλη γυνὴ*[5] *ἐξ ἐλευθέρου ἢ οἰκέτου τέκῃ παῖδας οἱασδήποτε φύσεως, συμβῇ δὲ τὸν δοῦλον πατέρα ἢ τὴν δούλην μητέρα ἐλευθερωθῆναι, καὶ οἱ ἀπὸ δουλῆς δὲ*[6] *γαστρὸς προελθόντες*[7] *ἐλευθερωθῶσι παῖδες, ἄδειαν ἐχέτωσαν*[8] *τοὺς οἰκείους διαδέχεσθαι γονεῖς, τῶν* patronicῶn *σχολαζόντων δικαίων. οὐ μόνον γὰρ*[9] *οἱ οὕτω τεχθέντες τοὺς οἰκείους διαδέξονται*[10] *γονεῖς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀμοιβαδὸν τὰς ἀλλήλων λήψονται κληρονομίας, ὡς ἡ αὐτὴ βούλεται διάταξις ἰδικῶς, εἴτε μόνοι περίεισιν οἱ ἐν δουλείᾳ τεχθέντες εἶτα ἐλευθερωθέντες, εἴτε καὶ*[11] *συμβῇ μετὰ ταῦτα τῶν γονέων ἐλευθερωθέντων ἑτέρους τεχθῆναι· ἅμα γὰρ αὐτοῖς τὸν πατρῷον ἢ μητρῷον διαδέξονται κλῆρον, εἴτε ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς ἢ ἐκ*[12] *τοῦ αὐτοῦ πατρὸς*[13] *εἰς φῶς προῆλθον οἱ μετὰ*[14] *ἐλευθερίαν τῶν γονέων τεχθέντες, εἴτε ἐκ*[15] *διαφόρων. καὶ ἁπλῶς πάντα κρατείτω ἐπ' αὐτοῖς πρὸς μίμησιν τῶν ἐξ ἐννόμων*[16] *τεχθέντων γάμων*[17]). 11. *Ἐκ τῶν εἰρημένων,* 10. 11.
δεῖ γὰρ ἀνακεφαλαιωσάμενον συντόμως εἰπεῖν, τρεῖς εἰσι τάξεις[18] *συγγενείας, ἡ τῶν* súων, *ἡ τῶν* legitímωn, *ἡ τῶν* cognátωn. *διὸ οὐ δεῖ λέγειν ὅτι ὁ ἐγγύτερος*[19] *τῷ βαθμῷ ἐκεῖ-*

---

1) εἶναι V. 2) καὶ ins. V, 3) M.: cet. αὐτῇ. 4) ἔχοι M. 5) γυν. δουλ. Vi. R. 6) d. V. F. 7) d. V. 8) ἔχουσι L6. 9) δὲ Vi. R. 10) ita L6. Vi. R. cet. —δέχονται. 11) d. Vi. R. 12) εἴτε Vi. R. 13) ἐκ τοῦ αὐτοῦ πρς καὶ μρς L6. 14) τὴν ins. Vi. F1. R. 15) καὶ L6. 16) —ου L1. L2. 17) ου L1. L2. γαμ. τ. L6. 18) τῆς ins. L6. 19) ἐγγυτάτῳ V.

10. 10. Illud autem in primis meminisse iuuat praetorem cognatorum ordinem cum excogitasset, huic in seruitute ortam cognationem non addidisse, cum nulla uetustior lex, ueluti XII tabularum et aliae quaedam de cognationibus latae, eiusmodi agnossent. set sacratissimus Princeps noster in sua constitutione, in qua patronorum successionum iura perscrutauit, obscuritatem quae in iisdem optinebat et iuris confusionem remouens, humanitate suggerente hoc etiam statuit, ut si quis in seruili consortio constitutus liberos habuerit, siue ex libera siue ex ancilla, uel contra seruilis conditionis mulier ex libero uel seruo filios pepererit cuiuscumque sexus, perueniantque seruus pater uel serua mater ad libertatem liberique ex seruili uentre nati libertatem mereant, liceat eis suis succedere parentibus, patronatus iure sopito. non tantum enim eiusmodi filii suis succedent parentibus, set etiam alter alterius accipiet hereditatem, sicut et ipsa specialiter uult constitutio, siue soli existant in seruili condicione nati et postea manumissi, siue alios deinceps ex manumissis parentibus nasci contingat. una enim cum his paternam uel maternam hereditatem consequentnr, siue ex eodem patre eademque matre in lucem dati sint, siue ex aliis nuptiis. et, ne diutius optundam, omnia de his optineant ad similitudinem eorum qui ex
11. legitimis procreantur nuptiis. 11. Ex iis quae tradidimus, iuuat enim breuius repetere, tres sunt cognationis ordines, suorum heredum, legitimorum et cognatorum. quare non est dicendum proximiorem gradu potiorem semper in hereditate esse: ordo

νος[1]) προτιμᾶται ἐν τῷ κληρονομεῖν· τάξις γὰρ τάξεως προτιμᾶται καὶ ὁ προγενεστέρας[2]) ὢν τάξεως, εἰ καὶ ἀπολιμπάνεται τῷ βαθμῷ, πλὴν ἐκ τῆς τάξεως δυνατώτερος ὤν, προλαμβάνει περὶ τὸ κληρονομῆσαι.[3]) τότε δὲ βαθμῶν γίνεται σύγκρισις, ἡνίκα πολλὰ πρόσωπα ἐκ τῆς αὐτῆς ὁρμᾶται τάξεως. οὔτε οὖν οἱ τὸν ἴσον ἐπέχοντες βαθμὸν τῆς συγγενείας ἀεὶ ἅμα καλοῦνται, οὔτε δὲ ὁ ἐγγύτερος[4]) ἀεὶ προτιμότερος. ἐστὶ γὰρ πρώτη τάξις ἡ τῶν súων καὶ τῶν συναριθμουμένων τοῖς súois, τουτέστιν emancipátων καὶ τῶν ἀπὸ θελυγονίας ἐκγόνων καὶ οὓς κατὰ μέρος ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἠριθμήσαμεν. ὑπόθου τοίνυν εἶναι προέκγονον ἢ ἀπέκγονον τῷ τελευτήσαντι[5]), εἶναι δὲ καὶ ἀδελφὸν ἤγουν πατέρα ἢ[6]) καὶ[7]) μητέρα. ὁ προέκγονος ἤγουν καὶ ὁ ἀπέκγονος προτιμηθήσεται ὡς ἀπὸ τάξεως ἐρχόμενος δυνατωτέρας, καίτοι πλεονεκτεῖται τῷ βαθμῷ. ὁ γὰρ πατὴρ ἤτοι ἡ μήτηρ πρώτου ἐστὶ βαθμοῦ κατὰ τὰ εἰρημένα, ὁ δὲ ἀδελφὸς δευτέρου, ὁ[8]) προέκγονος $\overline{\gamma}$,[9]) ὁ ἀπέκγονος $\overline{\delta}$. [ὁ ἀπέκγονος[10])] καίτοι ἀπὸ τετάρτου ὢν βαθμοῦ προτιμᾶται τῶν ἐρχομένων ἀπὸ πρώτου βαθμοῦ ἢ δευτέρου[11]) διὰ τὸ τάξεως εἶναι τιμιωτέρας, οὐδεμίας οὔσης διαφορᾶς πότερον ὁ προέκγονος ἤτοι[12]) ὁ[13]) ἀπέκγονος ὑπεξούσιος ἦν τῷ τελευτήσαντι ἢ οὔ, ἐπειδὴ γέγονεν emancípatos ἢ ἐξ emancipátu ἐτέχθη ἢ ἀπὸ θηλείας[14]) προῆλθεν. 12. Ἡνίκα δὲ μὴ ὕπεισι sûoi ἤγουν οἱ μιμούμενοι 12.
τοὺς súus, ὕπεστι δὲ adgnátos, τουτέστιν ἀκέραια ἔχων τὰ legítima δίκαια, εἰ καὶ μακροτέρου[15]) ἐστὶ βαθμοῦ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καλλίων[16]) ἐστὶ τοῦ ἐγγυτέρου cognátu. ὁ γὰρ τοῦ πρὸς πατρὸς θείου ἔκγονος ἢ προέκγονος, ὧν ὁ μὲν[17]) $\overline{\varepsilon}$ ὁ δὲ $\overline{\varsigma}$ ἐστὶ βαθμοῦ, τοῦ πρὸς μητρὸς θείου καὶ θείας προτιμηθήσεται, καίτοι τρίτον ἐπεχόντων βαθμόν. τοσαυτάκις οὖν τὸν ἐγγύτε-

---

1) —νῳ L 2. 2) —νέστερος L 2. 3) —μεῖν V. 4) τέρω V. 5) τοῦ τ . . ος V. 6) d. L 1. L 2. 7) d. L 6. Vi. R. 8) δὲ ins. V. 9) καὶ ins. L 6. 10) addidi: ita fere cj. R. 11) ἢ δευτ. βαθμ. Vi. F. R. 12) ἢ V. R. εἴτε L 6 13) addidi. 14) θηλυγονίας Vi. R. 15) ὡς ἐπὶ τ. πλ h. l. V. 16) κάλλιον M. 17) ὧν ins. V.

enim ordini anteponitur: et qui anterioris ordinis sit, quamuis gradu ulterior, cum potioris sit ordinis, in hereditate praefertur. tunc enim graduum collatio fit, cum plures ex eodem ordine adsint personae. itaque qui eiusdem cognationis gradus sint non semper simul uocantur, nec semper anterior est potior. est enim prima causa suorum heredum eorumque qui inter suos enumerantur, idest liberi emancipati, nepotes ex feminini sexus personis nati quosque superius specialiter addidimus. finge ergo pronepotem uel abnepotem defuncti extare, extare autem et fratrem uel patrem seu matrem: pronepos uel etiam abnepos anteponetur, cum ex potiori ueniat ordine, quamuis gradu ulterior sit: pater enim uel mater primo sunt gradu, prout diximus, frater secundo, pronepos III, abnepos IIII. cumque abnepos quarto gradu sit, iis praefertur qui ex primo uel secundo ueniunt, cum ordinis potioris sit: nec interest in potestate morientis fuerit an non fuerit, quod emancipatus, uel ex emancipato aut ex feminino sexu
12. propagatus est. 12. Cum sui heredes non extent nec qui inter suos enumerentur, adgnatus uero supersit, qui nempe integra iura adgnationis habeat, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur quam proximior cognatus. patrui enim nepos uel pronepos, cum alter V° alter VI° sit gradu, auunculo et materterae anteponetur, quamuis hi III° sint gradu. totiens igitur dicimus uiciniorem cognatum potiorem

ρον cognáton καλλίονα λέγομεν εἶναι[1]) ἢ ἅμα καλεῖσθαι τοῖς τὸν αὐτὸν ἐπέχουσι βαθμὸν, ὁσάκις οὔτε sûos ὑπόκειται[2]) ἦγουν ὁ τάξιν ἐπέχων súu, οὐχ ὕπεστι δὲ οὐδὲ adgnátos. οὗτοι γὰρ προτιμῶνται περὶ τὸν κλῆρον. ταῦτα δὲ[3]) λέγομεν, ἐξηρημένου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς τῶν emancipátωn· τὰ γὰρ τοσαῦτα πρόσωπα περὶ τὴν adgnaticὴν οὐ καταβλάπτεται[4]) διαδοχὴν ἐκ τῆς capitis deminutionas, ἀλλὰ πάντων προτιμηθήσεται adgnátωn ὄντων τρίτου ἢ καὶ τοῦ ἐπέκεινα βαθμοῦ,[5]) ὡς ἡ Ἀναστασίου βούλεται διάταξις. ὥστε οὖν τὸ εἰρημένον πρὸ βραχέως »ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον« εἴρηται διὰ τοὺς emancipátus ἀδελφούς· οὗτοι γὰρ καίτοι cognaticá ἔχοντες δίκαια ἐκ τῶν παλαιῶν, προετιμήθησαν ἐκ τῆς εἰρημένης[6]) διατάξεως.

De successione libertorum.[7]) Titulus 7.

Ἔχε ταῦτα ὡς ἐν προθεωρίᾳ·a) ἡ συγγενεία ὄνομά ἐστι γενικὸν, διαιρεῖται δὲ εἰς ἀνιόντας καὶ[8]) κατιόντας καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου. ἀλλ' αὗται αἱ τρεῖς συγγένειαι ἐπὶ εὐγενῶν[9]) σκοποῦνται, ἐπὶ δὲ τῶν ἀπελευθέρων ἀνιόντας οὐκ ἴσασιν οἱ ἀρχαῖοι. πῶς γὰρ, ὁπότε ἐν δουλείᾳ ἐτέχθησαν; οὔτε τοὺς ἐκ πλαγίου·[10]) ὁ γὰρ μὴ ἔχων ἀνιόντας οὐδὲ τοὺς ἐκ πλαγίου κέκτηται, ἐξ ἐκείνων γὰρ οὗτοι καταλαμβάνονται· μόνην δὲ ἔχουσι τὴν τῶν κατιόντων συγγένειαν, τουτέστι τῶν συλληφθέντων καὶ τεχθέντων αὐτοῖς μετὰ[11]) ἐλευθερίαν. ἐπειδή σοι ταῦτα προ-

---

1) εἶν. λέγ. V. 2) σοῦοι ὑπόκεινται V. 3) d. Vi. G. 4) βλάπτεται Vi. R. 5) πάντων ἀδν. τῶν ὄντ. γ̄ ἢ καὶ ἐπ. β. προτιμᾶται Vi. R. 6) d. V. 7) περὶ ἀπελευθέρων M. περὶ συγγενείας ἀπελ. L¹. L². L⁶. P. Vi. R. περὶ διαδοχῆς ἀπ. G. F. 8) d. L⁶. Vi. F¹. R. 9) συγγενῶν L². συγγ. ἐλευθέρων Vi. G. 10) κέκτηνται ad. L⁶. 11) τὴν ad. L⁶.

a) Proch. 23, 1—4. Epa. 37, 14 sq. Harm. 5, 3, 2 sq.

haberi aut simul cum iis uocari qui eundem optinent gradum, quotiens neque suus quidam heres extet, nec qui sui heredis locum optineat, neque adgnatus: hi enim potiores habebuntur in successione. Haec uero dicimus, exceptis fratre et sorore emancipatis. eiusmodi enim personae propter capitis deminutionem in successione detrimentum non patientur, set omnibus adgnatis III^{i} uel IIII^{i} uel ulterioris gradus habebuntur potiores, sicuti anastasiana iubet constitutio. itaque paullo anterius diximus »plerumque« propter emancipatos fratres: hi enim quamuis cognationis iura tantummodo antiquitus habuerint, praefata constitutione praeferuntur.

De successione libertorum. Titulus 7.

Haec antea perspecta habeas. cognatio nomen est generale, complectitur autem parentes, liberos et eos qui ex transuerso cognati sunt. set hae tres successionis species ad ingenuos tantum referuntur, in libertis uero adscendentes ueteres non nouerunt: quomodo enim cum in seruitute procreati sint? neque a latere cognatos, qui enim parentes non habet, ex transuerso cognatos habere nequit; ex illis enim ii suscipiuntur. solam autem habent liberorum cognationem, eorum nempe qui post manumissionem eis concepti ac nati sunt. cum haec perspecta habeas, en quod inde se-

τεθεώρηται, ὅρα λοιπὸν τὸ προκείμενον. Διεξελθόντες τὴν τῶν εὐγενῶν διαδοχήν, ἀκολούθως ὀφείλομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἀπελευθέρων. ἐὰν ἀπελεύθερος ἀδιάθετος τελευτήσῃ, τίς ἐπὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ παραγενήσεται;[1]) εἰ μὲν ὕπεστιν αὐτῷ παῖς συλληφθεὶς μετὰ τὴν ἐλευθερίαν, ἐκ τῆς τῶν súun οὗτος κληθήσεται τάξεως, τούτου δὲ μὴ ὑπόντος, σκοπήσωμεν τίς καλεῖται. καὶ τέως adgnáton οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἔχει τοὺς ἀνιόντας ὁ ἀπελεύθερος, οἷα τεχθεὶς ἐν δουλείᾳ καὶ εἰκότως ἀμοιρεῖ τῶν ἐκ πλαγίου· ἐξ[2]) ἐκείνων γὰρ τούτοις ἐστὶν ἡ προέλευσις.[3]) ἐπειδὴ οὖν οὐκ ἔστιν adgnátos, ἐν τάξει adgnátu τὸν πάτρονα ὁ νόμος ἐπενόησεν· ἃ τοίνυν τὸν[4]) adgnáton ἐξωθεῖ τῆς[5]) διαδοχῆς[6]) τοῦ τελευτήσαντος, ταῦτα καὶ[7]) τὸν πάτρονα τῆς τοῦ ἀπελευθέρου κληρονομίας ἐκβάλλει. οὐκοῦν παιδὸς ὑποκειμένου[8]) τῷ ἀπελευθέρῳ, οὐ χώρα τῷ πάτρονι· ἐπειδὴ δὲ καὶ διαθήκης ποίησις τὸν adgnáton οὐκ ἐᾷ κληρονομῆσαι, εἰκότως οὐδὲ[9]) πάτρονα. ἐξῆν οὖν πάλαι, ὅσον ἀπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου, τῷ ἀπελευθέρῳ[10]) praetériton καταλείπειν[11]) τὸν πάτρονα· súu γὰρ μὴ ὑπόντος καὶ διαθήκης μὴ ὑποκειμένης, τότε μόνον ὁ δωδεκάδελτος ἐδίδου τῷ πάτρονι πάροδον ἐπὶ τὰ πράγματα τοῦ ἀπελευθέρου. καὶ εἰ μέν, παιδὸς ὑποκειμένου, ὁ πάτρων ἐξεβάλλετο, φορητὸν τοῦτο[12]) ἦν·[13]) οὐδὲν γὰρ ἄτοπον ὑπείκειν αὐτὸν τῇ φύσει. ἐπειδὴ δὲ καὶ θετὸς παῖς ἔχων τὰ τοῦ súu δίκαια προετιμᾶτο τοῦ πάτρονος, ἀτόπημα μέγιστον ἐντεῦθεν ἀνεφύετο, τὸ στερεῖσθαι αὐτὸν τῆς τοῦ ἀπελευθέρου[14]) διαδοχῆς ὑπὸ τοῦ θετοῦ νικώμενον παιδός. 1. Ὅθεν 1.
χρόνοις ὕστερον ὁ praétwr διὰ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἐθεράπευσε τὸ τοιοῦτον ἀδίκημα εἰπὼν τὸν[15]) ἀπελεύθερον διατιθέμενον πάντως τὸ ἥμισυ καταλιμπάνειν τῆς ἰδίας[16]) περιουσίας

---

1) M. cet. παραγίνεται. 2) ἀπ' Vi. R. de. V. F2. 3) προσελ. L1. L2 L6. 4) de. L1. L2. F. 5) d. Vi. R. 6) διακατοχῆς M. τῆς ins. V. 7) d. L1. V. F2. 8) ὑπ. παιδ. L2. 9) τὸν ins. L6. 10) d. Vi. R. 11) ποιεῖν Vi. R. 12) d. L1. L2. V. L6. Vi. R. 13) d. M. m 1a. 14) ἐλευθέρας V.: d. L6. 15) d. F2.: ἐὰν ins. M. 16) οἰκείας L6.

quitur. cum ingenuorum successionem tradiderimus, conuenienter de libertorum successione dicendum est. si libertus intestatus moriatur quis ad eius perueniet hereditatem? si quidem extat filius eius post manumissionem conceptus, hic ex ordine suorum heredum uocabitur: hoc uero non extante, dispiciamus quisnam uocandus est. atque in primis non est dicendum uocari adgnatum: non enim parentes habet libertus, quippe qui in seruitute natus sit, unde liquet neque ex transuerso adgnatos habere: ex illis enim his origo est. cum autem adgnatus non sit, in loco adgnati patronum lex collocauit. igitur quae adgnatum morientis successione repellunt, eadem patronum a liberti successione remouent. itaque filio liberto extante, non est patrono locus. et cum testamenti factio adgnatum succedere non sinat, merito nec patronum. licebat ergo olim, quod ad legem XII tabularum, liberto patronum praeterire: nam suo herede non extante et testamento non facto, tunc demum lex XII tabularum patrono ad liberti bona aditum dabat. et cum, filio extante, patronus reiceretur, facile erat ferendum: non erat enim absurdum eum naturae cedere. cum uero etiam adoptiuus filius sui heredis iura habens anteponeretur, maxima inde iniquitas oriebatur, cum liberti
1. successione priuaretur ab adoptiuo filio superatus. 1. Qua de causa postea praetor per proprium edictum hanc iuris iniquitatem emendauit statuens liberto testamentum facienti omnino dimidiam partem bonorum suorum patrono esse re-

τῷ πάτρονι[1]· εἰ δὲ ἢ οὐδὲν ἢ[2] ἧττον τοῦ ἡμίσεως κατέλιπεν, ἐδίδοτο τῷ πάτρονι ἡ »contra tabulas« κατὰ τῆς τοῦ ἀπελευθέρου διαθήκης, δι' ἧς πάντως ἐλάμβανε τὸ ἑξαούγκιον. εἰ δὲ ἀδιάθετος ἐτελεύτησεν ὁ ἀπελεύθερος θετὸν παῖδα καταλιπών, ὁ praetωr ἐδίδου τῷ πάτρονι τὴν »contra tabulas« διακατοχήν, δι' ἧς ἐλάμβανε τὸ ἑξαούγκιον. παῖδες δὲ φυσικοὶ ὑπόντες[3] τῷ ἀπελευθέρῳ ἐξώθουν τὸν πάτρονα οὐ μόνον ὑπεξούσιοι ἀλλὰ καὶ emancípatoi, ἔτι δὲ καὶ υἱοὶ εἰς θέσιν δεδομένοι· οἱ δὲ εἰς θέσιν δεδομένοι[4] τότε, ἡνίκα εἰς μέρος ἐλάχιστον ἐγράφησαν κληρονόμοι, οἷον· ἀπελεύθερος ὢν ἐγὼ, ἔχων[5] πάτρονα, ἔχων δὲ[6] καὶ φυσικὸν υἱὸν, δέδωκα τοῦτον εἰς θέσιν· εἰ μὲν οὖν διαθέμενος γράψω αὐτὸν ἐν μέρει[7] κληρονόμον, ἀποκέκλεισται ὁ πάτρων· εἰ δὲ praetériton αὐτὸν καταλείψω,[8] ἀκολούτως ὁ πάτρων[9] αἰτήσει κατὰ τῆς διαθήκης μου τὴν »contra tabulas«. ὁ δὲ[10] υἱός μου ὁ ὑπεξούσιος ἤγουν καὶ[11] emancípatos[12] κληρονομοῦντες με γνώμῃ ἢ νόμῳ[13] νικῶσι τὸν πάτρονα· γνώμῃ μὲν, ἡνίκα γράψω αὐτοὺς κληρονόμους, νόμῳ δὲ, ἡνίκα ἀδιάθετος τελευτήσω[14] ἢ καὶ ἐὰν διάθωμαι[15] praeterítus αὐτοὺς καταλείψας,[16] ὁ μὲν γὰρ ἀνατρέπει ipso iure, ὁ δὲ emancípatos[17] διὰ τῆς »contra tabulas« λαμβάνων[18] τὴν ἐμὴν οὐσίαν, οὐ δίδωσι[19] χώραν τῷ πάτρονι· τὴν »contra tabulas« γὰρ[20] οὐδέποτε δίδωσιν ὁ praetωr κατὰ φυσικῶν παίδων. ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τοῦ praétoros νομοθεσίαν οὕτω βοηθήσασαν τῷ πάτρονι, ὑπῆν ἔτι μέθοδος τῷ ἀπελευθέρῳ, δι' ἧς ἀκινδύνως οὐδὲν[21] κατελίμπανε[22] τῷ πάτρονι· εἰ γὰρ εἶχε παῖδα φυσικὸν, οὔτε ὁ δωδεκάδελτος βοη-

---

1) καταλιμπ. h. l. L[6]. 2) tria haec uerba d. Vi. R. 3) ὄντες V. 4) haec addidi ex M. L[2]. 5) uoc. »δὲ« omisi cum M. 6) d. Vi. R. 7) ἤγουν ins. M. 8) κατ. αὐτ. L[6]. 9) d. F. R. ὁ πραίτωρ V. 10) γοῦν F.: εἰ δὲ ὁ υἱ. μ. Vi. R. qui cj. »ὁ γὰρ . .« uel »ἀεὶ γὰρ . .«. 11) d. Vi. R. 12) ἐμὸς ins. V. 13) ν. ἢ γν. L[6]. 14) —ήσῃ M. 15) —ηται M. 16) —ψω L[6]. 17) οἱ δὲ ἐμαγκίπατοι L[6]. 18) —οντες M. L[6]. 19) —όασι M. L[6]. 20) ἢ contra τας suos ins. M. 21) ἔτι ins. Vi. R. 22) —εται V.

linquendam: quod si nihil uel minus reliquisset, patrono contra liberti testamenti tabulas bonorum possessionem pollicebatur, per quam semissem caperet. filii autem naturales liberti, si extarent, patronum repellebant, nec solum quos in potestate haberet, set quos emancipasset uel adoptandos dedisset: qui uero in adoptionem dati fuerant, tum demum, cum in minimam saltem partem heredes scripti essent. ut ecce, cum ego libertus essem patronumque haberem et filium naturalem, hunc adoptandum dedi: si igitur testamento eum pro parte heredem instituerim, repelletur patronus: si uero eum praeterierim, iure patronus contra mei testamenti tabulas bonorum possessionem petet. filius autem meus qui in potestate est et is qui emancipatus est uoluntate uel lege mihi succedentes patrono potiores sunt: uoluntate quidem cum eos heredes scripserim, lege cum intestatus decesserim uel testamento facto eos praeterierim; alter enim quidem ipso iure destituit testamentum, alter uero emancipatus contra tabulas bonorum meorum possessionem accipit, neque patrono locum dat. bonorum enim possessionem contra tabulas nunquam praetor aduersus naturales filios pollicetur. set etiam post praetoris edictum quod adeo patrono fauebat, patebat liberto uia, qua impune nihil iuris patrono relinqueret: si enim naturalem filium haberet, neque XII tabularum lex

θεῖ[1]) τῷ πάτρονι οὐδὲ ὁ praétωr τὴν φύσιν ἐρυθριῶν. 2. 2.
Ἀλλὰ χρόνοις[2]) ὕστερον ὁ Pápios[3]) νόμος ηὔξησε τὰ πατρονικὰ δίκαια. εἶπε γὰρ· ἐὰν πλούσιος ἀπελεύθερος ᾖ,[4]) (πλούσιον δὲ ὡρίσατο τὸν ἔχοντα ἑκατὸν χιλιάδων sestertíωn[5]) περιουσίαν) καὶ ἐλάττονας τῶν τριῶν παίδων καταλείψῃ, ἡ[6]) ἀναλογία[7]) φυλαχθήσεται τῷ πάτρονι, εἴτε, ἐπὶ διαθήκῃ[8]) εἴτε ἀδιάθετος[9]) ἐτελεύτησεν. ἀμέλει εἰ συνέβη[10]) τελευτῆσαι τὸν πλούσιον ἀπελεύθερον υἱὸν ἕνα ἤγουν μίαν ἔχοντα θυγατέρα ἐπὶ διαθήκῃ, συνανέπεμπε τῷ υἱῷ ἤγουν τῇ θυγατρὶ ὁ Pápios[11]) τὸν πάτρονα διδοὺς αὐτῷ τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ τελευτήσαντος περιουσίας, ὥςπερ εἰ μηδὲ εἷς ὑπῆν παῖς· εἰ δὲ δύο υἱοὺς ἤγουν δύο θυγατέρας ἐνεστήσατο κληρονόμους, εἰς τὸ τρίτον ὁ πάτρων συνανεπέμπετο, τριῶν δὲ ὑπόντων, ὁ πάτρων ἐξεβάλλετο διὰ τὸ πλῆθος τῶν παίδων. 3. Ταῦτα μὲν τό παλαιὸν· διάτα- 3.
ξις δὲ γέγονε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἣν διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι πρόδηλον ἐξεφώνησε ἑλληνιστὶ πολλῆς φροντίσας τῆς[12]) συντομίας.[a]) ἐν ᾗ διετύπωσεν, ἵνα εἰ μὲν ἀπελεύθερος ἤγουν ἀπελευθέρα ἧττονες εἴησαν[13]) τῶν centenaríωn,[14]) τουτέστιν[15]) ἧττονα ἔχοιεν[16]) περιουσίαν τῶν ἑκατὸν νομισμάτων (οὕτω γὰρ τὴν ὑπὸ τοῦ Papíu νόμου τῶν ἑκατὸν χιλιάδων sestertíωn[17]) ὁρισθεῖσαν ποσότητα ἡρμήνευσεν, ὥςτε τὰ χιλία sestértia ἓν νόμισμα ποιεῖν), μηδεμία χώρα τῷ πάτρονι διδόσθω[18]) εἰς τὸ κληρονομῆσαι, διαθήκης ὑποκειμένης. εἰ γὰρ ἀδιάθετος τελευτήσῃ, παῖδας μὴ καταλιπὼν, ἐχέτω τηνικαῦτα ὁ πάτρων τὴν εἰς ὁλόκληρον ἀπὸ τοῦ δωδεκαδέλτου διαδοχὴν.[19]) εἰ δὲ μείζων ἦν τοῦ centenaríu,[20]) εἰ μὲν ἐπὶ παισὶ τελευτήσῃ, κληρονόμοις καλουμένοις ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ ἢ ἀπὸ[21]) τοῦ praetoríu[22])

---

1) M.: cet. ἐβοήθει. 2) —νῳ V. 3) Ῥάριος V. 4) d. M. 5) sestertíωn M.: —τίονα ἤτοι L 6. 6) d. F. 7) —γοῦσα L 6. Vi. R. 8) —ης V. 9) —έτως Vi. R. 10) συμβῇ L 1. L 6. F. 11) id. V.: Πάππιος M. 12) d. V. 13) ἦσαν Vi. 14) centηnaríωn M. τοῦ —ίου L 6. 15) οὐχ ins. M. 16) —ουσι V. 17) sestertíωn M. 18) —σθαι V. 19) ita M. V.: cet. διακατοχὴν. 20) M.: σενατορίου V.: ὁ ἀπελεύθερος ins. L 1. F. 21) d. Vi. R. 22) —τορος L 1. L 2. L 6.

a) Proch. 23, 5. 8. Epa. 37, 17.

2. patronum adiuuabat nec praetor naturam ueritus. 2. Set postea lex Papia patronorum adauxit iura: constituit enim si locupletior libertus esset (locupletem autem eum definiit, qui sestertiorum centum millium patrimonium haberet) et pauciores quam tres liberos relinqueret, uirilem partem patrono deberi, siue is testamento facto siue intestato mortuus esset. quare si contigisset locupletiorem libertum mori unum habens filium uel unam filiam, testamentumque fecisset, filio filiaeue lex Papia patronum adiciebat, ei partem dimidiam bonorum defuncti concedens, perinde ac si nullus superesset filius: si uero duos filios duasue filias heredes instituisset, in tertiam partem patronus admittebatur: tribus autem extantibus, pa-
3. tronus multitudine filiorum repellebatur. 3. Haec uero olim optinebant: lata est autem principis nostri constitutio, quam ut omnibus liqueret, graece conscripsit, ualde breuitati studens. in qua pracepit ut si quidem libertus uel liberta minores centenariis sint, idest minus centum aureis habeant substantiam (sic enim lege Papia centum millium sestertiorum constitutam summam interpretatus est, ut pro M sestertiis unus aureus computetur), nullus locus patrono detur in eorum successionem, si testamentum extet. si uero intestatus decesserit liberos non relinquens, tunc habeat patronus in uniuersum ex lege XII tabularum successionem. cum uero maior centenario sit, si quidem liberos relinquat, qui heredes uocentur iure ciuili, seu praetorio, cum emancipati sint, siue

διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς emancipátus, εἴτε εἷς εἴτε πλείονές εἰσι παῖδες οἱασδήποτε φύσεως ἢ βαθμοῦ, εἰς ὁλόκληρον οὗτοι κληθήσονται, τοῦ πάτρονος ἤτοι[1]) τῶν παίδων τοῦ πάτρονος[2]) ἐκβαλλομένων[3]) τῆς τοιαύτης κληρονομίας.[4]) εἰ δὲ μείζων ὢν τοῦ centenaríu ὁ ἀπελεύθερος τελευτήσῃ ἄπαις, εἰ μὲν ἀδιάθετος, ὁ πάτρων ἤτοι[5]) ἡ πατρονίσσα τὸ ὁλόκληρον λήψονται, εἰ δὲ[6]) διαθέμενος praeterítus[7]) ἐάσῃ τὸν πάτρονα ἢ τὴν πατρονίσσαν ἄπαις ὢν ἢ ἔχων μὲν[8]) παῖδας exheredátus δὲ αὐτοὺς ποιήσας, ἢ ἐν ᾧ ἀπελευθέρα ἐστὶν ἡ τελευτήσασα ἢ ἀπελεύθερος ἐκγόνους ἔχων[9]) ἀπὸ[10]) θυγατρὸς προτελευτησάσης, praeteriteúsωsi δὲ τούτους, ἡ μὲν τὸν υἱόν, ὁ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς προτελευτησάσης θυγατρὸς ἔκγονον (οἶδας γὰρ ὅτι ἐπὶ[11]) τούτων, ὡς ἐδιδάχθημεν ἐν τῇ $\overline{\beta}$[12]) ἡ praeteritíωn ἀντὶ exheredatíonos παραλαμβάνεται) καὶ μὴ δυνηθῶσι οἱ τοιοῦτοι παῖδες διὰ τῆς »de inofficioso« τὴν διαθήκην ἀνατρέψαι, τότε ἐκ τῆς τοῦ θειοτάτου βασιλέως ἡμῶν[13]) διατάξεως τοῖς πάτρωσι καὶ ταῖς πατρονίσσαις διδομένης τῆς »contra tabulas« οὐ τὸ ἥμισυ ὥςπερ πάλαι, ἀλλὰ τὸ τρίτον μέρος ἀποσπαθήσεται ἢ τὸ ἐλλεῖπον τῷ τρίτῳ ἀναπληρωθήσεται· τυχὸν γὰρ εἰς μίαν[14]) οὐγκίαν ἢ δύο ἢ καὶ τρεῖς αὐτοὺς[15]) ἐνεστήσατο· οὕτω δὲ λήψονται διὰ τῆς »contra tabulas« τὸ τρίτον, ὥςτε ληγάτα ἢ fideicómmissa ἐκ τούτου μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτοὺς[16]) καταβάλλειν[17]) οὐ μόνον ἐξωτικοῖς, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς παισὶ τοῦ ἀπελευθέρου ἢ τῆς ἀπελευθέρας· ἀλλ' ὅπερ ἔτυχε[18]) παρ' αὐτῶν καταλειφθὲν, ὁ συγκληρονόμος ἐπιγνώσεται τοῦτο. [τυχὸν[19]) exheredátois[20]) οὖσιν ἢ praeteriteuθεῖσιν, ὅτε ἡ praeteritíωn ἔοικε τῇ exheredatíoni· εἰ γὰρ[21]) ἐγράφησαν κληρονόμοι, οὐδὲν ἐχρεωστεῖτο

---

1) ἢ L⁶. Vi. R. 2) αὐτοῦ L⁶. F. 3) —ένου V. L⁶. 4) M.: cet. τῆς τοι. ἐκβ. κλ. 5) ἢ L⁶. Vi. R. 6) ὁ ins. F. 7) οὐκ ins. M. 8) addidi ex V. L⁶. 9) ἢ ins. M. 10) ἐκ Vi. R. 11) μὲν Vi. R. 12) ἐνστιτουτίονι ins. L⁶.: βίβλῳ ἐνστιτουτίονι sic V.: ὅτι rursus libri, F. 13) ita M. L¹. L². cet. ἡμ. β. 14) d. Vi. R.: μίας οὐγκίας M. 15) d. L¹.: —τὸν M. L². L⁶. Vi. 16) d. Vi. R. 17) —λεῖν V. 18) ἔχει L⁶. 19) γὰρ ins. M. 20) —atis Vi. F. R. 21) δὲ Vi. R.

unus siue plures sint liberi cuiuscumque sexus uel gradus, in uniuersum hi uocabuntur, patrono patroniue liberis hac lege semotis. sin autem maior centenario libertus sine liberis decesserit, si quidem intestatus, patronus uel patrona bona cuncta accipient; sin autem testamentum fecerit patronum uero patronamue praeterierit, cum nullos liberos haberet uel habens eos exheredauerit, uel si liberta mortua sit uel libertus nepotes habens ex filia praemortua, atque praeterierint, illa nempe filium, hic uero ex praemortua filia nepotem (nosti enim ut in IIa. Institutione didicimus in his personis praeteritionem pro exheredatione accipi), nec potuerint eiusmodi liberi per querellam inofficiosi testamentum destituere, tunc ex diui imperatoris nostri constitutione non dimidiam partem, ut ante, set tertiam partem bonorum possessionem contra tabulas petentes consequentur, uel quod tertiae parti deest replebitur: forte enim in unciam unam, uel sextantem uel quadrantem institutio facta erat. ita autem contra tabulas tertiae partis bonorum possessionem accipient, ut ex ea neque legata neque fideicommissa praestare cogantur, non modo extraneis, set nec liberis quidem liberti libertaeue; sed quidquid forte ab eis relictum erit, coheres eo onerabitur. [quod uero de legatis liberis relictis diximus sic intellegere oportet, si exheredati sint uel praeteriti, ubi nempe praeteritio pro exheredatione accipitur; si enim heredes scripti essent, nihil patrono debe-

τῷ πάτρονι, καὶ εἰ συνέβη αὐτὸν γραφῆναι κληρονόμον, ἐχρεωστεῖτο τοῖς παισὶ τὰ ληγάτα.[1])] πολλὰ δὲ[2]) καὶ ἕτερα θέματα ἡ εἰρημένη συνήγαγε[3]) διάταξις[4]) πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου νομίμου διατύπωσιν ἀναγκαῖα. ἐκέλευσε γὰρ τὸν πάτρονα καὶ τὴν πατρονίσσαν καὶ τοὺς τούτων κατιόντας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ πλαγίου μέχρι πέμπτου βαθμοῦ, πρὸς τὴν τῶν ἀπελευθέρων παραγίνεσθαι διαδοχήν· ἐὰν οὖν τοῦ αὐτοῦ πάτρονος ἢ τῆς αὐτῆς πατρονίσσης ἢ δύο πατρώνων ἢ δύο[5]) πατρονισσῶν ἢ καὶ πλειόνων ὦσιν παῖδες, ὁ ἐγγύτερος ὢν τῷ βαθμῷ εἰς τὰ τοῦ ἀπελευθέρου ἢ τῆς ἀπελευθέρας κληθήσεται πράγματα. οἷον, ἐτελεύτησεν ἀπελεύθερος[6]) ἢ ἀπελευθέρα ἄπαις καὶ ἀδιάθετος, πάτρονος καὶ πατρονίσσης οὐχ ὑπόντων· ὑπῆσαν δὲ[7]) παῖδες,[8]) ἔχγονος τυχὸν καὶ προέχγονος[9]), ὁ ἔχγονος παραγενήσεται. καὶ in capita δὲ,[10]) οὐ μὴν in stirpes ἡ κληρονομία διαιρεθήσεται. οἷον, ἑνὸς πάτρονος ἦσαν δύο παῖδες, ἑτέρου δὲ τρεῖς, εἰς πέντε μερισθήσεται ἡ κληρονομία. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν τοῦ πάτρονος ἢ τῆς πατρονίσσης κρατήσει, ὥστε τὸν ἐγγύτερον πλεονεκτεῖν καί in capita διαιρεῖσθαι τὴν κληρονομίαν· σχεδὸν γὰρ σύμφωνα τὰ τῆς εὐγενείας καὶ ἀπελευθερότητος ἐν ταῖς διαδοχαῖς ἡ λεχθεῖσα διάταξις ἐκέλευσεν εἶναι[11]) νόμιμα. »Σχεδὸν« δὲ εἶπον διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἐπὶ μὲν τῶν εὐγενῶν καὶ περαιτέρω τοῦ πέμπτου βαθμοῦ ἐπεκτείνεται[12]) τὰ τῆς κληρονομίας, ἐπὶ δὲ τῶν[13]) ἀπελευθέρων μέχρι ε βαθμοῦ τῶν συγγενῶν τοῦ πάτρονος καὶ τῆς πατρονίσσης. 4. Ταῦτα δὲ[14]) περὶ τούτων τῶν ἀπελευθέρων 4.
σήμερον τρακταΐζομεν[15]) τῶν πολιτῶν ῥωμαίων· οὐδε[16]) γάρ εἰσιν ἕτεροι ἀπελεύθεροι.[17]) οἶδας γὰρ μαθὼν[18]) ἐν τῇ πρώτῃ ὅτι καὶ τὰ τῶν dediticíων καὶ τὰ[19]) τῶν latínων ἀνῃρέθη δίκαια· ἡνίκα δὲ[20]) οἱ latînoi ἐπολιτεύοντο οὐδεμία ἐπ' αὐτῶν

---

1) haec libenter cum R. ut glossema expungerem. 2) d. L². L⁶.
3) ἤγ. L². 4) διατ. συν. L⁶. 5) δ Vi. F¹. R. 6) ἀπ. ἐτ. F.
7) d. L⁶. 8) ἢ ad. F². 9) ἀδιάθετος V. 10) d. Vi. R.
11) εἶν. ἐκ. L⁶. 12) ἐκτείν. M. V. 13) d. V. 14) d. Vi. G.
15) pro —ζωμεν ex cj. R. 16) οὐ Vi. R. 17) d. L¹. L². L⁶. F. οἱ ἀπελ. V. 18) ὅτι h. l. L². L⁶. 19) d. L⁶. 20) d. V.

retur, uel si ipse institutus esset, liberis deberentur legata]. multosque alios casus praefata congregauit constitutio ad huiusmodi iuris dispositionem necessarios, iussit enim patronum et patronam liberosque eorum nec non qui ex transuerso latere ueniunt usque ad quintum gradum ad libertorum successionem peruenire. si ergo eiusdem patroni uel eiusdem patronae uel duorum patronorum uel duarum patronarum pluriumue liberi extent, proximior gradu ad liberti libertaeue bona uocabitur. ut ecce, mortuus est libertus libertaue sine liberis ac sine testamento, patrono patronaue non extantibus: extabant autem liberi, nepos forte ac pronepos; nepos uocabitur. atque in capita non uero in stirpes diuidetur hereditas. ut ecce, unius patroni duo erant filii, alterius tres: in quinque partes diuidetur hereditas. idem etiam in cognatis, qui a latere ueniunt, patroni patronaeue optinebit, ita ut proximior potior habeatur atque in capita diuidatur hereditas: paene enim consonantia ingenuitatis et libertinitatis iura in successionibus praefata constitutio esse iussit. »paene« autem propterea dixi, quod in ingenuis etiam ultra Vum. gradum successionis iura extenduntur, in libertinis uero usque
4. ad Vum. gradum cognatorum patroni et patronae. 4. Set haec de his libertinis hodie tractamus qui in ciuitatem romanam peruenerunt: non enim alii liberti sunt. nosti enim ex prima Institutione dediticiorum ac latinorum iura esse sublata: cum uero latini in ciuitate erant, nulla penitus eorum

νόμιμος ἐτρακταΐζετο διαδοχὴ· εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἔζων ὡς ἐλεύθεροι[1]), ὅμως ἐτελεύτων ὡς οἰκέται συναπολλῦντες τῇ ψυχῇ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ[2]) ὑπὸ τῶν ἐλευθερωτῶν ἐκληρονομοῦντο τῶν οἰκείων τὰ bona αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ κληρονομίαν ἐπὶ οἰκετῶν δυνατὸν[3]) καλέσαι, ἀλλὰ[4]) iure peculii ἀπὸ τοῦ Iuníu[5]) νόμου ἐλάμβανον[6]) οἱ ἐλευθερωταὶ, καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ Iuníu[5]) νόμου[7]). μετὰ δὲ ταῦτα δόγμα γέγονε Largiánion[8]) τὸ κελεῦον ὥςτε τοὺς παῖδας τοῦ ἐλευθερωτοῦ μὴ γενομένους nominatim exheredátus τῶν ἐξωτικῶν κληρονόμων προτιμᾶσθαι περὶ τῶν τοῦ[9]) Latínu διαδοχὴν, οἷον· ἠλευθέρωσα ἐγὼ τὸν ἐμὸν[10]) οἰκέτην καὶ ἐποίησα Latînon· ἐτελεύτησα[11]) γράψας[12]) κληρονόμους [τοὺς[13])] παῖδας ἐμοὺς, ἔτι δὲ καὶ ἐξωτικούς. ἀπὸ μὲν τοῦ Iuníu, εἰ συνέβη τελευτῆσαι[14]) τὸν Latînon, οἱ παῖδες[15]) οἱ[16]) ἐμοὶ ἅμα τοῖς ἐξωτικοῖς μου κληρονόμοις εἰς τὰ bona παρεγίνοντο τοῦ Latínu, ἀπὸ δὲ τοῦ δόγματος τοῦ Largianíu[17]) οἱ παῖδες μόνοι[18]) διαδέχονται τὸν Latînon, ἐπειδὴ οὐ γεγόνασι nominatim exheredátoi. μετὰ δὲ τὸ Largiánion γέγονεν édicton Traianû τοῦ[19]) βασιλέως, ὅπερ ἐκέλευσεν, ἵνα ὁ Latînos[20]), ὃς ἄκοντος ἦ[21]) ἀγνοοῦντος τοῦ πάτρονος αἰτήσῃ ἑαυτῷ πολιτείαν ρωμαϊκὴν καὶ ἐπιτύχῃ, ζῇ μὲν ὡς πολίτης ῥωμαῖος ὢν,[22]) καὶ πάντα πράττῃ τὰ τῶν Ρωμαίων, τελευτήσῃ[23]) δὲ ὡς Latînos. ἀλλ' ἡ[24]) τοῦ ἡμετέρου βασιλέως διάταξις τὰς τῶν τοιούτων αἱρέσεων ἐναλλαγὰς μισοῦσα, ὅτι ἔζῃ μὲν ὡς ῥωμαῖος, ἐτελεύτα[25]) δὲ ὡς latînos, καὶ ἑτέρας δὲ δυσχερείας ἐντεῦθεν ἀναφυομένας ἀνεῖλεν ἐξωθήσασα τῆς πολιτείας οὐ μόνον καὶ τοὺς Latínus καὶ τὸν Iúnion νόμον καὶ τὸ Largiánion

---

1) ἀπελεύθ. V. 2) ὡς οἰκέται καὶ L[1]. M. καὶ ὡς οἰκετῶν Vi. R. F[2]. οὐχ ins. R. 3) δυν. ἐπ. οἰκ. L[6]. 4) d. L[1]. L[2]. V. 5) M.: Ἰουλίου V. L[6]. 6) λαμβάνουσι L[6]. 7) ἐλάμβανον ad. V. 8) ita scr. M. 9) d. V. 10) ἴδιον L[2]. 11) δὲ ins. L[6]. 12) καταλιπὼν L[6]. 13) suppleui ex cj. Gauel. 14) —ᾶν Vi. R. 15) d. M. F. 16) d. V. 17) —άνου V. 18) —νον L[2]. 19) d. V. 20) καὶ L[6]. 21) καὶ L[6]. 22) d. M. L[2]. L[1]. 2a. m. Vi. F[1]. R. 23) —τᾷ V. 24) d. V. 25) —τησε V. L[6].

tractabatur successio. licet enim ut liberi uitam suam peragebant, simul uitam et libertatem amittebant ueluti serui, et quasi seruorum accipiebant patroni eorum bona: neque enim hereditas in seruis intellegi potest, set iure peculii capiebant manumissores bona eorum ex lege Iunia. haec quidem ex lege Iunia; postea autem S. C. Largianum factum est, quo est cautum, ut manumissoris liberi non nominatim exheredati extraneis heredibus potiores haberentur, quod ad latini liberti successionem. ut ecce, manu misi ego seruum meum latinumque feci: mortuus sum heredes instituens liberos meos et etiam extraneos. ex lege Iunia si latinum mori contigisset, liberi mei simul cum extraneis heredibus ad eius bona uocati essent: ex S. C. autem Largiano liberi mei tantummodo latino succedent, cum non sint nominatim exheredati. post S. C. Largianum diui Traiani edictum latum est, quod statuit, ut latinus, qui, inuito uel etiam ignorante patrono, ciuitatem sibi petierit et optinuerit, uiuat quidem tanquam ciuis romanus et omnino romanorum ciuium iure gaudeat, moriatur uero tanquam latinus. set imperatoris nostri constitutio eiusmodi condicionum uices odio habens, quod uiueret nempe ut romanus, moreretur autem ut latinus, aliasque difficultates inde ortas sustulit, non modo latinorum ius et Iuniam

curatione facta sunt: item et operas, quibus caruit is, qui in transitu laesus fuit. forte enim faber erat et cum ei deinceps manus laesa fuerit, opus interim facere non potuit. inquirimus quantum fuisset illis diebus lucratus, per quos ob uulnus opus facere non potuit. et si inutilis factus sit, non praeteriti tantum temporis, set futuri quoque operas aestima-
2. mus. 2. Filius meus, qui in potestate erat, seorsum a patre suo in aedibus quibusdam habitabat. ex coenaculo eius aliquid deiectum est aut effusum, aut suspensum quid est positumue in eius fenestra, cuius casus periculosus est. Juliano placuit nullam in patrem esse actionem, set in ipsum filium. idem dicimus, si filius, qui in mea est potestate, te iudicando laeserit; cum eo enim in factum ages, non mecum, qui eius
3. pater sum. 3. Exercitor quis erat nauis, uel cauponam aut stabulum habebat. si in naue aut caupona aut in stabulo cuiusdam dolo, ueluti furis, damnum mihi factum fuerit, ipse in factum, quasi ex maleficio tenebitur, si modo nullum ipse commiserit maleficium, set quidam ex ministris seu mercenariis, quorum opera nauis iter faceret, aut caupona stabulumue exerceretur. neque enim ex contractu obligari dominus nauis seu cauponae seu stabuli dici potest, cum ne contractus quidem cum eo factus sit. set quia aliquatenus culpae reus est, quod malorum hominum ministerio utatur, ideo quasi ex delicto tenebitur. actio autem in factum heredibus eius dabitur, qui iniuriam est passus; in heredes autem exercitoris actio non competit.

De actionibus[1]). Titulus 6.

Διαλεχθέντες περὶ τῶν ἐνοχῶν, χωρήσωμεν ἐπὶ τὰς ἀγωγάς. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐκ τῶν ἐπηγγελμένων ὑπολιμπανόμενον, εἰρήκαμεν γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ Institutioni *τὴν νομοθεσίαν τὴν*[2]) *ῥωμαϊκὴν*[3]) *καταγίνεσθαι περὶ πρόσωπα περὶ πράγματα περὶ ἀγωγάς· εἰποντες οὖν τὴν τῶν προσώπων διαίρεσιν ἐν τῇ πρώτῃ* Institutioni, *διδάξαντες δὲ καὶ περὶ τῶν*[4]) *πραγμάτων ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐν μέρει τῆς τρίτης, μνησθέντες δὲ καὶ τῶν ἐνοχῶν, εἴπωμεν*[5]) *περὶ τῶν ἀγωγῶν. ὀφείλεις δὲ εἰδέναι ὅτι ἃς δίκας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι, ταύτας* actionas[6]) *λέγουσιν*[7]) *οἱ ῥωμαῖοι. εἴρηνται δὲ ἀγωγαὶ παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς ἀγνώμονας ἐπὶ τὸ δικαστήριον. ὁρίσωμεν*[8]) *τί*[9]) *ἐστιν* actiων[10]). actiων[11]) *ἐστὶ δίκαιον τοῦ ἀπαιτεῖν ἐν δικαστηρίῳ τὸ ἑαυτῷ ἐποφειλόμενον.* 1. *Τῶν δὲ* 1. *ἀγωγῶν, ἃς κινοῦμεν κατά τινος παρὰ δικασταῖς ἤγουν*[12]) *αἱρετοῖς δικασταῖς περί τινος πράγματος ἢ ἄκρα διαίρεσις εἰς δύο γένη*[13]) *κατάγεται· τῶν γὰρ ἀγωγῶν αἱ μέν ἐστιν* in rem, *αἱ δὲ* personaliai, *κινεῖ γὰρ εἷς ἕκαστος ἢ*[14]) *κατ' ἐκείνου, ὃν ἔνοχον ἔχει ἢ ἀπὸ συναλλάγματος*[15]) *ἢ ἀπὸ*[16]) *ἁμαρτήματος*[17]) *καὶ λέγονται* personaliai, *ἐπειδὴ κατὰ τοῦ συναλλάξαντος προσώπου ἢ κατὰ*[18]) *τοῦ ἁμαρτήσαντος κινοῦνται*[19]). *καὶ ὁ κινῶν λέγει ταῦτα τὰ ῥήματα· »εἰ φαίνεται*a) *τὸν ἀντίδικον χρῆναι δοῦναι ποιῆσαι, καταδίκασον αὐτόν, ὦ δικαστά«. καὶ ἑτέροις δὲ τρόποις δυνατὸν γενέσθαι τὴν*

---

1) *Περὶ ἀγωγῶν* ad. libri. ed. 2) d. L⁶. F. 3) *ῥωμ. νομ.* L⁶. 4) d. L². 5) *καὶ* ins. L⁶. Vi. R. 6) scr. M. 7) *καλοῦσιν* Vi. R. 8) M. —*σώμεθα* L¹. L². L⁶. —*ζωμεν* Vi. R. —*ζομεν* F.: *δὲ* ad. omn. praet. M. 9) *δὲ* ins. F². 10) [*πρᾶξις* L².] *ἤτοι ἀγωγὴ* ad. libri. ed. 11) *ἤτοι ἀγ.* ins. Vi. R. 12) *παρὰ* ad. Vi. R. 13) *ταῦτα* ad. L². L⁶. Vi. R. 14) d. L⁶. Vi. R. 15) *ἁμαρτ.* L⁶. 16) d. L². 17) *συναλλ.* L⁶. 18) d. Vi. R. 19) —*εῖται* M. L². L⁶. Vi.

a) cfr. Gai. 4, 41.

De actionibus. Titulus 6.

Cum de obligationibus tractauerimus, ad actiones transeamus. hoc enim superest ex his, quae polliciti sumus. diximus enim in prima Institutione ius romanorum ad personas, ad res, ad actiones pertinere. cum igitur de personarum diuisione in I[a] Institutione locuti simus, de rebus autem in II[a] atque parte III[iae] tractauerimus, et de obligationibus quoque mentionem fecerimus, dispiciamus de actionibus. Admonendus es autem, quas Athenienses *δίκας* uocabant, eas Romani actiones dicere. dicuntur uero actiones, quia reos indeuotos in iudicium agimus. definiamus autem quid sit actio: actio est ius persequendi iudicio, quod sibi
1. debetur. 1. Actionum, quas apud iudices arbitrosue de qualibet re aduersus quemlibet exercemus, summa diuisio in duo genera deducitur; actionum enim quaedam in rem sunt, quaedam in personam. namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est uel ex contractu uel ex maleficio, quae actiones in personam dicuntur, quia aduersus personam, quae contraxit uel deliquit exercentur. actor autem his uerbis utitur: »si paret aduersarium dare facere oportere, eum iudex condemna«. et aliis quibusdam

ἐναγωγήν[1]). ἢ[2]) καὶ[3]) κινοῦμεν κατ' ἐκείνον, ὅστις οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἔνοχος, περί τινος δὲ πράγματος σωματικοῦ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ τελοῦντος κατοχὴν ἐπάγομεν αὐτῷ ζήτησιν. ἐπινενόηται δ' ἐνταῦθα ἡ[4]) in rem ἀγωγή. εἰ γὰρ κατέχεις ἀγρὸν ἢ οἰκέτην[5]), ἅπερ ἐγὼ λέγω τῆς ἐμαυτοῦ δεσποτείας εἶναι, καὶ σὺ τὰ αὐτὰ λέγεις, δεσπότην σεαυτὸν ἀποκαλῶν, κινήσω κατά σου τὴν in rem λέγων· »εἰ φαίνεται[a]) τὸ πρᾶγμα τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας[6]), καταδίκασον, ὦ δικαστά, τὸν ἀντίδικον«. 2.[b]) Κινῶ δὲ τὴν in rem ἢ 2. περὶ σωματικῶν ἢ περὶ ἀσωμάτων, καὶ ἢ confessoriωs ἢ negatoriωs[7]) καὶ σωματικὰ μέν ἐστιν [οἷον[8])] ἀγρὸς ἢ[9]) οἰκία, ἀσώματα δὲ, οἷον usúfructos ûsos δουλεία. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν σωματικῶν confessoriωs μόνον κινῶ, ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων καὶ confessoriωs καὶ negatoriωs. καὶ confessoriωs μὲν κινῶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν, ἡνίκα λέγω· »εἰ φαίνεται τόνδε τὸν ἀγρὸν τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας«· confessoríωs δὲ ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων, οἷον usufrúctu τοῦτο μὲν ἀγροῦ, τοῦτο δὲ οἰκίας, λέγων· »εἰ φαίνεται[c]) τὸ uti frui[10]) τοῦ ἀγροῦ« ἢ »τῆς οἰκίας ἐμὸν εἶναι«. ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας τοῦ ἀγροῦ λέγω· »εἰ φαίνεται[d]) ἐξεῖναί μοι βαδίζειν[11]) διὰ τοῦ[12]) ἀγροῦ τοῦ γείτονος« ἢ »ἐκεῖθεν ὕδωρ ἔλκειν«. ἢ ἐπὶ δουλείας οἰκίας, οἷον ἐὰν κινῶ λέγων· »δίκαιόν μοι πρόσεστι[13]) τοῦ κατοπτεύειν μέ[14]) σε« ἢ »τοῦ[15]) ἐπεκτείνειν[16]) ἐξώστην κατὰ τοῦ σοῦ[17]) μεσαύλου« ἢ »κατὰ

v. p. 508

---

1) ἀγ. L[6]. Vi. R. 2) ἤν Vi. F. 3) καὶ ἢ M. 4) d. Vi. 5) οἰκίαν Vi. R. 6) δεσπ. εἶν. Vi. F. R. 7) scr. M. 8) addidi: ὁ ins. Vi. R. 9) ἡ Vi. R. 10) M. L[6]. Vi. R.: τὸν usúfructon ἤτοι καρποὺς ad. L[2]. 11) καὶ ins. L[6]. 12) ad. ex M. Vi. R. 13) M. L[1]. L[2]. Vi.: cet. —εἶναι. 14) ad. ex M. 15) τὸ L[6]. 16) ὑπ. Vi. R. 17) ad. ex Vi. R.

a) cfr. Gai. 4, 41. b) Harm. 2, 1, 53. Proch. 27, 14 Epa. 12, 24. c) cfr. Ulp. D. 7, 6, 5 pr. Stephan. schol. Suppl. Basil. p. 112. [Lenel Edict. p. 149.] Estne legendum: τὸ δίκαιον τοῦ uti frui? cfr. Steph. l. l. et ipsum Thum. infra. d) de hac formula et seqq. cfr. Lenel. l. l. p. 152 sq. p. 301.

modis intentio fieri potest. aut cum eo agimus, qui nobis obligatus non est; set de aliqua re corporali, quae penes eum est, ei controuersiam mouemus. quo casu actio in rem prodita est. nam si fundum uel hominem possideas, quorum me ego dominum esse contendam, et tu eadem dicas, teipsum dominum esse adfirmans, in rem tecum agam, his uerbis: 'si paret rem meam esse, aduersarium iudex con-
2. demna'. 2. In rem autem agere possum tam de rebus corporalibus, quam de incorporalibus, et siue confessorie siue negatorie. et corporales res sunt, ueluti fundus domus; incorporales, ueluti usufructus seruitus. set de rebus corporalibus confessorie tantum agere possum; de incorporalibus autem tam confessorie, quam negatorie. et confessorie de rebus corporalibus ago ita intendens: 'si paret eum fundum meum esse': confessorie autem de incorporalibus, ueluti de usufructu siue fundi siue aedium, his uerbis: 'si paret eo fundo' uel 'iis aedibus utendi fruendi ius mihi esse': de seruitute praediorum rusticorum hoc modo: 'si paret mihi ius esse per fundum uicini eundi' uel 'inde acquam ducendi': et de seruitute praedii urbani, ueluti si ita intendam: 'ius mihi esse aedes meas altius tollendi', aut 'ius mihi esse in tuas aedes prospiciendi', uel

τῶν σῶν δωμάτων« ἢ »τοῦ ἀποτίθεσθαι τὰ βάρη τῶν ἐμῶν δοκῶν κατὰ τῶν τοίχων[1]) σοῦ τοῦ[2]) γείτονος«. negatoriως δὲ κινοῦμεν τὴν in rem, ἡνίκα ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων λέγω· »εἰ φαίνεται[a]) τόνδε μὴ ἔχειν τι[3]) δίκαιον τοῦ uti frui[4]) κατὰ τῆς ἐμῆς οἰκίας« ἢ »κατὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ« ἢ »τοῦ ἐλαύνειν ὑποζύγια διὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ« ἢ »ἕλκειν ἐκεῖθεν ὕδωρ« ἢ »τοῦ εἰς ὕψος αἴρειν τὰ ἴδια οἰκοδομήματα« ἢ »τοῦ κατοπτεύειν με« ἢ »τοῦ ἐπεκτείνειν ἐξώστην κατὰ τῶν ἐμῶν δωμάτων« ἢ »κατὰ τῶν ἐμῶν μεσαύλων« ἢ »τοῦ ἐπιθεῖναι βάρη κατὰ τῶν ἐμῶν τοίχων«. αὗται δὲ πᾶσαι in rem εἰσὶ negatoriως κινούμεναι ἐπὶ σωματικῶν χώραν οὐκ ἔχουσαι[5]). ἐπὶ γὰρ τῶν σωματικῶν ἐκεῖνος μόνος κινεῖ τὴν in rem, ὅστις οὐ νέμεται· τῷ γὰρ νεμομένῳ οὐ δίδοται ἡ[6]) in rem, οὐδὲ[7]) δύναμαι λέγειν· »εἰ φαίνεται τὸν ἀγρὸν τοῦδε μὴ εἶναι«. ἐν ἑνὶ δὲ μόνῳ ῥήματι ὁ νεμόμενος δύναται κινεῖν τὴν in rem, ὅστις καὶ νέμεται καὶ τάξιν actoros ἐπέχει, ὥσπερ ἐν τοῖς πλατυτέροις τῶν Digestωn βιβλίοις προσφόρως φανήσεται. ὥστε οὖν, δεῖ γὰρ συνελόντα εἰπεῖν, κινεῖται ἡ in rem ἐπὶ σωματικῶν καὶ ἐπὶ[8]) ἀσωμάτων· ἐπὶ σωματικῶν μὲν μόνον confessoriως (confessoria δέ ἐστιν ἀγωγή, ἡνίκα τις συνομολογεῖ τὸ προσὸν αὐτῷ δίκαιον, λέγων· »εἰ φαίνεται τὸν ἀγρὸν εἶναι τῆς ἐμῆς[9]) δεσποτείας«), ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων καὶ confessoriως καὶ negatoriως. confessoriως μὲν ἡνίκα λέγω· »εἰ φαίνεται τὸ[10]) uti frui[11]) ἐμὸν εἶναι«· negatoriως δὲ, ἡνίκα τοῦτο τὸ δίκαιον ἀρνοῦμαι προσεῖναι τῷ ἀντιδίκῳ λέγων· »εἰ φαίνεται τὸ uti frui[12]) μὴ ἔχειν τὸν ἀντίδικον κατὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ«. ὥστε οὖν ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων οὐχ ὁ αὐτὸς κινεῖ καὶ

---

1) τείχων Vi. F[1]. 2) τοῦ σου L[6]. 3) τὸ Vi. F. R.
4) τοῦ uti frui: onm. praet. M. et L[6]., qui hab. κατὰ τοῦ οὐσουφρ. ἢ.
5) χώρ. οὐκ. ἔχ. ἐπὶ τῶν σωμ. Vi. F. R. 6) ad. Vi. 7) οὐ L[2].
8) d. Vi. F[1]. R. 9) τῆς ἐμ. εἶν. Vi. F. R. 10) τοῦ M.
11) τὸν οὐσούφρουκτον L[6]. 12) τὸν οὐσούφρ. L[6].

a) cfr. Marcian. D. 20, 1, 11, 2. Steph..l. l.

'menianum in aream tuam proiciendi', uel 'tigna mea in parietem tuum, qui uicinus mihi es, immittendi'. negatorie autem in rem intendimus, cum de rebus incorporalibus dicimus: 'si paret huic ius utendi fruendi aedibus meis meoue fundo non esse', uel 'iumenta per meum fundum agendi' uel 'inde aquam ducendi', uel 'suas aedes altius tollendi' uel 'in meas prospiciendi' uel 'menianum in meas aedes uel in meam aream proicendi' uel 'in parietes meos onera immittendi'. omnes autem eiusmodi actiones, quae negatorie in rem mouentur, in rebus corporalibus locum non habent. ille enim tantum in rem agit, qui non possidet; ei uero, qui possidet, non est actio in rem prodita; neque dicere possum: »si paret illum fundum illius non esse«. sane uno casu is, qui possidet, in rem agere potest, qui simul et possideat et actoris partes sustineat, sicuti in latioribus digestorum libris opportunius apparebit. itaque, ut paucis dicamus, tam de corporalibus, quam de incorporalibus rebus in rem agi potest; set in corporalibus tantum confessorie (est autem confessoria actio cum quis ius quod habet confitetur, dicens: 'si paret hunc fundum meum esse') in incorporalibus autem et confessorie et negatorie. confessorie, ueluti cum dicam: 'si paret ius mihi esse utendi fruendi'; negatorie autem, cum id iuris aduersario esse negem, dicens: 'si paret ius utendi fruendi fundo meo aduersario non esse'. ita-

confessoriωs καὶ negatoriωs, ἀλλὰ confessoriωs μὲν ὃ λέγων προσεῖναι αὐτῷ τὸ ἀσώματον, οἷον τὸν usúfructon ἢ τὴν δουλείαν κατὰ τῆς ἄλλου δεσποτείας, negatoriωs δὲ τὴν in rem κινεῖ ὁ δεσπότης τοῦ ἀγροῦ ἢ τῆς οἰκίας, διαβεβαιούμενος τὸν ἀντίδικον μὴ ἔχειν τὸ uti frui[1]) ἢ τὸ δίκαιον τῆς δουλείας κατὰ τῆς αὐτοῦ οἰκίας ἢ κατὰ τοῦ αὐτοῦ[2]) ἀγροῦ. καὶ τίνος ἕνεκα confessoriωs δυνάμεθα κινεῖν, οὐκέτι δὲ καὶ negatoriωs ἐπὶ τῶν σωματικῶν; καὶ ἡ[3]) αἰτία αὕτη ἐστίν[4]). ἕκαστος ἐνάγων ὀφείλει περιποιεῖν ἑαυτῷ τὴν νίκην ἐκ τῶν προσόντων αὐτῷ. οἷον· »εἰ φαίνεται τόνδε τὸν ἀγρὸν εἶναι τῆς ἐμῆς δεσποτείας«· οὐ μὴν ὀφείλει κινῶν λέγειν· »εἰ φαίνεται τόνδε τὸν ἀγρὸν μὴ εἶναι τῆς τοῦ ἀντιδίκου δεσποτείας«. εἰ γὰρ οὕτως εἰσέλθῃ κινῶν, ἐρεῖ αὐτῷ ὁ ἀντίδικος· »πρῶτον μὲν ἐμός ἐστιν ὁ ἀγρός, εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἐμός, ὡς »σὺ λέγεις, οὐ παρὰ τοῦτο σός ἐστιν[5]). οὐ γὰρ[6]) πάντως »τὸ μὴ ἐμὸν ἤδη σόν ἐστιν· εἰ δὲ μήτε ἐμὸς μήτε σός ἐστιν »ὁ ἀγρός, ὀφείλω σε νικᾶν ἐν τῷ παρόντι δικαστηρίῳ διὰ τὸν »κανόνα τὸν λέγοντα [ἐν ἴσῃ αἰτίᾳ κρείττων ἐστὶν ἡ αἵρεσις »τοῦ νεμομένου[7])]· in pari causa melior est condicio posssi»dentis«. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν σωματικῶν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων καλῶς κινοῦμεν τὴν in rem confessoriωs, κινοῖμεν δὲ καὶ negatoriωs. καὶ διά τί[8]) καὶ ἐνταῦθα, ἐν ᾧ κινεῖ τις[9]) negatoriωs τὴν in rem, μὴ λέγομεν κακῶς αὐτὸν[10]) κινεῖν; οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῷ προσόντων ἀλλ' ἐκ τῶν σαθρῶν τοῦ ἀντιδίκου πειρᾶται ἑαυτῷ τὴν νίκην περιποιεῖν[11]). λέγει γὰρ· »εἰ φαίνεται τὸ uti frui[12]) τόνδε μὴ ἔχειν«. ἀλλ' ἡ ἀπολογία αὕτη ἐστίν. ἐπὶ τῆς negatorias ἐναγωγῆς τῶν ἀσωμάτων, εἰ καὶ τοῖς ῥήμασι negatoriωs κινοῦμεν τὴν in rem, ἀλλ' οἷν τῷ ἀποτελέσματι confessoria ἐστίν. ἐπειδὴ γὰρ

---

1) τὸν οὐσούφρ. L⁶. 2) σοῦ Vi. G.: d. L¹. L². 3) ad. ex. M. L⁶. Vi. F¹. R. 4) ἐστ. αὕτ. Vi. F. R. 5) d. L⁶. F².: ἐστὶν ἀλλ' ἄλλου L¹. L².: ἀλλ' ἄλλου ἐστ. Vi. F¹. R. (= Harm.). 6) καὶ γὰρ οὐ Vi. R. 7) de gloss. ualde suspicor. 8) μὴ ins. L⁶. Vi. R. 9) τις κιν. L⁶. 10) M. L². L⁶.: cet. αὐτ. κακ. 11) τ. ν. ἑαυτ. περιποιῆσαι L⁶. 12) τὸν οὐσούφρ. L⁶.

que in rebus incorporalibus non idem confessorie et negatorie intendit; set confessorie is, qui sibi ius competere, ueluti usumfructum aut seruitutem in re aliena, contendit; negatorie autem in rem agit fundi uel aedium dominus, contendens ius utendi fruendi aut ius seruitutis in aedibus fundoue suo aduersario non esse. cur autem confessorie in rebus corporalibus agere possumus; negatorie autem non utique? ratio autem haec est. quisque agens uictoriam sibi comparare debet ex eo iure, quod habet, ut ecce: »si paret hunc fundum meum esse«. non enim hoc modo intendere potest: »si paret hunc fundum aduersarii non esse«. nam si ita intendere coeperit, respondebit ei aduersarius: »primum quidem fundus meus est; set et si meus non esset, »sicuti ais, non ideo tuus foret; non enim prorsus id, quod »meum non est, tuum est. si ergo neque meus neque tuus »fundus est, potior in hoc iudicio habendus sum propter iuris »regulam, ex qua in pari causa melior est condicio possidentis«. haec quidem de rebus corporalibus: in rebus autem incorporalibus recte in rem confessorie intendimus et negatorie quoque intendere possumus. cur autem si quis hoc casu negatorie in rem agat, non dicimus eum male intendere, cum non suo iure nisus, set iuris potius defectu aduersarii, sibi uictoriam comparare studet? ait enim: »si paret ius utendi fruendi illi non esse«. set ratio haec est. cum de re incorporali negatorie intendimus, licet uerbis negatorie in rem agimus, tamen reapse confessoria actio est. nam cum

συνωμολόγηται ἐμὲ εἶναι δεσπότην τοῦ ἀγροῦ ἢ τῆς οἰκίας, καθ' ὧν ὁ ἀντίδικος ἑαυτῷ προσεῖναι usúfructon *ἢ δουλείαν φησὶν, ἐγὼ λέγων· »εἰ φαίνεται τόνδε μὴ ἔχειν* usúfructon *ἢ δουλείαν κατὰ τοῦ ἐμοῦ ἀγροῦ«, δοκῶ τῇ δυνάμει ταῦτα λέγειν· »εἰ φαίνεται ἐλεύθερον δουλείας ἢ ἐλεύθερον* usufrúctu *τὸν ἐμὸν εἶναι ἀγρόν«. καί ἐστιν οὕτως νοουμένη τῆς* in rem *ἡ ἐναγωγὴ*[1]) confessoria, *εἰ καὶ* negatoriws *πέφρασται.* 3. *Αὗται δὲ αἱ* in rem, *ὧν ἐποιησάμεθα μνήμην καὶ αἱ ταύταις ὅμοιαι ἀπὸ νομίμων καὶ πολιτικῶν*[2]) *ἔχουσι τὴν γένεσιν αἰτιῶν. εἰσὶ δὲ*[3]) *καὶ ἄλλαι* in rem *ἔτι δὲ καὶ*[4]) personaliai, *ἃς* ὁ praétwr *ἐξ οἰκείας ὁρμηθεὶς ἐπενόησε διανοίας. ἀναγκαῖον δὲ καὶ*[5]) *ταύτας*[6]) *διὰ παραδειγμάτων ἀποδεῖξαι. οἷον, ἐπιτέτραπται ἡμῖν ἐσθ' ὅτε κινεῖν τὴν* in rem *μὴ* usucapiteúsasi[7]) *καὶ λέγειν· »εἰ φαίνεται τόδε ἐμὸν εἶναι ὡσανεὶ* usucapiteu*θὲν ὑπ' ἐμοῦ«. ἢ καὶ*[8]) *ἐκ τοῦ ἐναντίου κατά τινος* usucapiteúsantos *τὸ ἐμὸν καὶ νεμομένου δύναμαι κινεῖν καὶ λέγειν· »εἰ φαίνεται τόδε ἐμὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ εἰ μὴ* usucapiteusen *αὐτὸ ὁ ἐμὸς ἀντίδικος«.* 4. *Καὶ τέως εἴπωμεν ἔνθα τις μὴ* usucapiteúsas *πλάττεται ἑαυτὸν* usucapiteu*κέναι*[9]). *οἷον ἐξ*a) *εὐλόγου αἰτίας παραδέδωκάς*[10]) *μοι ἀλλότριον πρᾶγμα* bona fide *λαμβάνοντι ἢ πωλήσας τοῦτο ἢ δωρησάμενος ἢ*[11]) *εἰς προῖκά μοι ἐπιδοὺς ἢ ληγατεύσας. ἐδεόμην ἐγὼ τριετίας εἰς τὸ* usucapiteûsai *τόδε τὸ πρᾶγμα· ἐνεμήθην*[12]) *αὐτὸ τυχὸν δύο ἐνιαυτούς· ἐξέπεσον αὐτοῦ κατά τινα τύχην· τὴν*[13]) diréctan in rem *κατὰ τοῦ νεμομένου κινεῖν οὐ δύναμαι, πῶς γὰρ ὁπότε οὐκ* usucapiteusa; *αἱ γὰρ* in rem *ἐπινοήθησαν ἐπὶ τῷ ἕκαστον τὴν προσοῦσαν αὐτῷ δι' αὐτῶν ἐκδικεῖν δεσποτείαν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπάνθρωπον ἦν*[14]) *ἐν τούτῳ τῷ θέματι ἀγωγήν μοι*

---

1) M. L^6. Vi. R.: cet. *ἀγ.*: *ἡ* in rem *ἐναγ.* male cj. R. 2) *πολ. καὶ νομ.* L^6.: *αἰτιῶν* h. l. Vi. F. R. 3) *δ'.* Vi. 4) d. F^2. 5) d. Vi. R. 6) M. Vi. R.: cet. *αὐτάς.* 7) scr. M. 8) d. Vi. R. 9) *—εῦσαι* L^6. 10) M.: cet. *παρέδ.* 11) *καὶ* ins. Vi. R. 12) *—θη* M. *—θεὶς* F. 13) ad. ex M. Vi. R. 14) d. Vi. R.

a) schol. Bas. I 799.

constet me fundi uel aedium esse dominum (in quibus aduersarius usumfructum aut seruitutem habere contendit), dicens: 'si paret illi ius uti frui (aut seruitutem) meo fundo non esse', reapse ita intendere uideor: »si paret seruitute aut usufructu liberum esse fundum meum«. et ideo actio in rem reuera confessoria est, etsi negatorie
3. sit concepta. 3. Set istae actiones in rem, quarum mentionem habuimus, et si quae similes sunt, ex legitimis et ciuilibus causis originem ducunt. sunt aliae quoque in rem et in personam, quas praetor ex sua sententia introduxit. quas et ipsas necessarium est exemplis ostendere. ut ecce permittitur nobis interdum in rem agere, licet non usu ceperimus, et intendere: 'si paret id meum esse perinde atque usu ceperim'. uel ex diuerso aduersus eum qui rem meam usuceperit et possideat agere possum his uerbis: 'si paret hauc rem meam esse perinde atque aduersarius eam
4. usu non ceperit'. 4. Et in primis dicamus quo casu quis, cum non usuceperit, sese usu cepisse fingit. ut ecce ex iusta causa rem alienam mihi tradidisti bona fide accipienti, ueluti ex causa emptionis aut donationis aut dotis aut legatorum. triennio mihi opus erat ad rem usu capiendam; quam cum duobus annis possedissem, possessione eius aliquo casu excidi. directam in rem actionem contra possessorem intendere nequeo, utpote qui non usuceperim; proditae enim sunt in rem actiones, ut quisque per eas dominium sibi uindicet. set quia sane durum erat eo casu actionem mihi non dari, qui

μὴ δίδοσθαι ἀνδρὶ bona fide νεμομένῳ καὶ[1]) κατὰ τυχὴν ἐκπεσόντι, ἐφηῦρεν ὁ praetor in rem ἀγωγὴν, ἣν κινῶν λέγω· »ἐπειδὴ[a]) τόδε τὸ πρᾶγμα ἐξ εὐλόγου αἰτίας, οἷον πράσεως[2]) δωρεᾶς[3]) προικὸς[4]), ἐνεμόμην bona fide[5]), ἔτρεχε δέ μοι[6]) usucapίωn καὶ[7]) ἐν[8]) τῷ μεταξὺ πρὸ τέλους τῆς usucapionos ἐξέπεσον[9]), ὡσανεὶ usucapiteusa, εἰ ἔδει[9a]) τόδε[10]) τὸ πρᾶγμα τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας«. λέγεται δὲ[11]) αὕτη ἡ in rem publician ἡ, ἐπειδὴ πρῶτος Publícios praetωr ταύτην ἐπενόησεν. 5. Ἔστιν[12]) ἐκ τῶν ἐναντίων[13]) in rem κινουμένη. ἐὰν γάρ τις νεμόμενος τὸ ἐμὸν πρᾶγμα bona fide ἐν τῷ μεταξὺ reipublicae causa ἀποδημήσῃ, οἷον διὰ[14]) πρεσβείαν, ἢ ὑπὸ τοὺς πολεμίους γένηται, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ, ἐν ὅσῳ ὁ μὲν ἀποδημεῖ, ὁ δὲ παρὰ πολεμίοις ἐστὶν, ὁ τῆς usucapionos περαιωθῇ χρόνος, ὑποστρέψωσι δὲ, ὁ μὲν ἐκ τῆς ἀποδημίας, ὁ δὲ τοὺς πολεμίους διαφυγῶν, ἔξεστιν ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ εἴσω ἐνιαυτοῦ μετὰ τὴν αὐτῶν[15]) ἀποστροφὴν, ἀναπτυχθείσης ἤτοι ἀνατραπείσης τῆς usucapionos, κινῆσαι τὴν in rem. λέγω γὰρ· »ὡσανεὶ μὴ[b]) usucapiteusen[16]) ὁ ἀντίδικος τὸ ἐμὸν πρᾶγμα, εἰ ἔδει[16a]) τοῦτο τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας«. τὸ δὲ τοιουτότροπον εἶδος τῆς in rem καὶ ἑτέροις ὁ praetωr ἐφιλοτιμήσατο ἐκ τῆς ὁμοίας ὁρμηθεὶς δικαιοσύνης, ὥςπερ ἐκ τῶν πλατυτέρων βιβλίων τῶν Digéstωn ἤτοι τοῦ Πανδέκτου ἔξεστι λαβεῖν.

---

1) d. L². 2) ἢ M. L¹. L². L⁶. 3) ἢ M. L¹. L². L⁶. Vi. R. 4) παροικικῶς M. 5) καὶ ins. L¹. L². L⁶. 6) ἡ ins. L¹. L². L⁶. 7) d. L¹. L². L⁶. 8) δὲ ins. M. L¹. L⁶. 9) —σα Vi. R. 9a) sic scribendum pro φαίνεται, quod libri et edit. habent. 10) δ. Vi. R. 11) δ. Vi. R. 12) καὶ ins. Vi. R.: cet. praet. M. δὲ. 13) ἡ ins. L⁶. 14) d. F. 15) M. Vi. R.: cet. αὐτοῦ. 16) —εύσας L². 16a) sic. scr. pro φαίνεται.

a) cfr. Gai. 4, 36 coll. Lenel Edictum p. 131 atque Beiträge z. K. des pr. Ed. p. 12 sqq.

b) cfr. Lenel Edict. p. 98, ubi tamen, collato Tho. et publicianae actionis formula, mallem „Si illum hominem, q. d. a., Nus Nus usu non cepisset".

bona fide possederam et fortuitu amiseram possessionem, inuenit praetor in rem actionem, in qua ita dicam: 'quod hanc rem ex iusta causa, ueluti emptionis donationis dotis, bona fide possidebam, currebat autem mihi usucapio ac medio tempore, antequam usuceperim, possessione excidi: si rem usucepissem, tum si rem meam esse oporteret'. haec actio in rem 'publiciana' appellatur; quoniam primus Publicius praetor eam inuenit.

5. 5. Rursus ex diuerso in rem intenditur. nam si quis rem meam bona fide possideat et deinde reipublicae causa abesse coeperit, ueluti legatione fungens, uel in hostium potestate fuerit, atque interim, dum ille abest aut apud hostes est, usucapionis tempus impleatur, et deinceps reuertatur alter ex peregrinatione, alter ab hostibus, licebit mihi domino intra annum post reditum, rescissa usucapione, rem uindicare. dico enim: 'si aduersarius rem non usucepisset, tunc si rem meam esse oporteret'. eiusmodi autem genus in rem actionis et aliis quibusdam praetor simili aequitate motus accomodauit, sicuti ex latioribus libris

6. Ἔστι[1]) καὶ ἄλλη in rem ὑπὸ[2]) τοῦ praetoros ἐπινοηθεῖσα, 6.
ὥςπερ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐχρώστει τις πολλοῖς· ἐξεποίησέ[3]) τινα τῶν αὐτοῦ πραγμάτων, καὶ ὡς[4]) δεσπότης δηλονότι[5]) διὰ τῆς traditionos μετατέθεικε[6]) τὴν δεσποτείαν ἐπὶ τὸν λαμβάνοντα. ἔξεστι τοῖς creditorsin ἐξ ἀποφάσεως τοῦ ἄρχοντος τὰ τοῦ debitoros νεμηθεῖσι πράγματα, ἐν ᾧ πρὸς περιγραφὴν αὐτῶν γέγονεν ἡ ἐκποίησις, κινεῖν τὴν in rem κατὰ τοῦ διακατέχοντος, ἥτις λέγεται Paulianή[7]). ἐν ᾗ λέγουσι ταῦτα· »ὡσανεὶ[a]) μὴ etraditeúθη τόδε τὸ[8]) πρᾶγμα ὑπὸ[9]) debitoros, εἰ φαίνεται αὐτὸ ἐν τῷ debitoros μεμενηκέναι δεσποτείᾳ«. 7. Ἔστι καὶ seruianὴ 7.
καὶ quasi seruianὴ in rem (ἥτις ὑποθηκαρία προσαγορεύεται) ἐκ τῆς τοῦ praetoros iurisdictionos[10]) καὶ αὐτὴ[11]) τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἔχουσα[12]), κέχρηται δὲ τῇ seruianῇ τις[13]) ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐμισθώσω παρ' ἐμοῦ τὸν ἐμὸν[14]) ἀγρὸν καὶ γέγονάς μοι colonòs[15]) ἐπὶ τὸ παρέχειν μοι καθ' ἕκαστον ἔτος λόγῳ μισθώματος[16]) ἑκατὸν νομίσματα. εἰσήγαγες[17]) δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἀγρῷ καὶ πράγματά τινα, οἷον ἵππους βοὰς οἰκέτας ἐσθῆτα ἄργυρον, pacteúsas[18]), ὥστε μοι ταῦτα ὑποκεῖσθαι λόγῳ τοῦ μισθώματος. ἐὰν συμβῇ σε[19]) ἀγνωμονῆσαι περὶ τὸ μίσθωμα, δύναμαι κατὰ παντὸς διακατέχοντος πραγμάτων εἰσενεχθέντων χάριν ἐν τῷ ἐμῷ ἀγρῷ[20]) κινεῖν τὴν seruianὴν, εἰ μὴ ἀπολαμβάνω τὸ μίσθωμα. ἡ δὲ quasi seruianὴ χώραν ἔχει ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐδανείσω παρ'

---

1) οὖν Vi. F[1]. R. ins. 2) ἐπὶ L[6]. Vi. 3) —ήσατό L[6]. 4) ὁ G. F. 5) δηλαδὴ L[6]. 6) —έθηκε L[2]. R. 7) scr. M.: πουβλικιανή L[6]. 8) ad. ex Vi R. 9) τοῦ ins. Vi. R. 10) δικαιοδοσίας Vi. R. 11) —αὶ L[1]. F. 12) —σι L[1]. F. 13) ὡς ins. L[6]. 14) d. Vi. R. 15) scr. M. 16) καθ' ἕκ. ἔτ. h. l. Vi. F. R. 17) —γε F. 18) pateúsas M. 19) συμβῆσαι M. 20) M.: πρᾶγμα τῶν εἰσενεχθ. ἐν τῷ cet. F. R.: τῶν εἰσενεχθ. χάρ. ἐν τῷ ἐμ. ἀγρ. [πραγμάτων L[6].] κατὰ π. διακ. κιν. L[1]. L[2]. L[6].

a) cfr. Lenel l. l. p. 353. Formula ex Tho ita esset restituenda: 'Si ille homo q. d. a .... a L. Titio N° N° mancipio datus non fuisset, tum si pareret eum hominem e. i. Q. L. Titii mansisse', cet.

6. Digestorum siue Pandectarum intellegere licet. 6. Est alia quoque actio in rem a praetore introducta, ueluti in hac specie. debebat quidam pluribus; quasdam rerum suarum alienauit, et dominium, utpote dominus, in accipientem transtulit. licet creditoribus, qui ex magistratus sententia debitoris bona possident, quoniam in eorum fraudem alienatio facta est, cum eo, qui rem detinet, in rem actione experiri, quae Pauliana appellatur, in qua ita intendunt: 'si res a debitore tradita non esset, tum si pareret eam
7. rem in dominio debitoris mansisse'. 7. Item seruiana et in rem quasi seruiana (quae etiam hypothecaria uocatur) quoque ex praetoris iurisdictione ipsam substantiam capiunt. seruiana autem experiri quis potest in eiusmodi specie: fundum meum a me conduxisti et mihi colonus factus es, mercedis nomine C. aureis quotannis mihi soluendis. introduxisti in hunc fundum quasdam res, ueluti equos bones mancipia uestem pecuniam numeratam, eo pacto, ut mihi mercedis nomine obligarentur. si in mercedibus soluendis cesses, possum aduersus quemlibet, qui rem ex his quae in fundum meum inlatae sunt, possideat, seruiana experiri, donec mercedem consequar. quasi autem seruiana in huiusmodi

ἐμοῦ[1]) ρ̄ νομίσματα. δέδωκάς μοί τινα πράγματα λόγῳ ἐνεχύρου ἢ καὶ ὑπέθου μοι[2]) σὰ πράγματα εἰπῶν ὅτι[3])· »ὑποτίθεμαί σοι ἕνεκα τοῦδε[4]) τοῦ χρέους τόδε καὶ τόδε τὸ πρᾶγμα«[5]). ἀγνωμονοῦντός σου περὶ τὴν τοῦ χρέους καταβολήν, κατὰ παντὸς νομέως κατέχοντος τὰ ἐνεχυριασθέντα μοι ἤτοι ὑποτεθέντα πράγματα καλῶς κινῶ τὴν quasi seruianὴn καὶ ἀποσπῶ, εἰ μὴ καταβληθῇ μοι τὸ χρέος. μεταξὺ δὲ ἐνεχύρου καὶ ὑποθήκης, ὅσον μὲν ἐπὶ τὸ κινῆσαί με τῆν quasi seruianὴn, οὐδεμία ἐστὶ διαφορά· εἴτε γὰρ ἐνεχυριάσῃς[6]) μοι, εἴτε ὑποθῇς[7]) τὰ σεαυτοῦ πράγματα σὺ ὦ debitωr, ὑπὲρ ὧν ἐδανείσω ὀρθῶς κινήσω τὴν quasi seruianήn. ἔστι δὲ ἐν ἑτέροις ἡ διαφορά. ἐνέχυρον γὰρ κυρίως ἐκεῖνο λέγεται[8]), ὅπερ παραδίδοται τῷ creditori, μάλιστα ἐν ᾧ ἐστι κινητὸν, ὅπερ δὲ δίχα traditionos ψιλῷ συμφώνῳ ὑποτίθεται, τοῦτο κυρίως ὑποθήκη προσαγορεύεται. 8. Οὐ μόνον δὲ in rem, καθὸ εἴρηται, ἀλλὰ καὶ personalias[9]) ὁ praetωr ἐπενόησεν, οἷον τὴν pecuniae constitutae. αὕτη γὰρ[10]) οὔκ ἐστι πολιτικὴ· χώραν δὲ ἔχει ἐπὶ τούτου τοῦ ϑέματος. ἐχρεώστεις μοι ρ̄ νομίσματα· περιέτυχόν σοι· ἀπῄτουν σε ταῦτα. ἀπαιτούμενος σὺ καὶ βουλόμενος τὴν παροῦσαν ὄχλησιν[11]) διαφυγεῖν, ἀντεφώνησας εἰπᾶν ὅτι »τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ταῦτά σοι καταβαλῶ«. παρελθούσης τῆς προθεσμίας, ἀπῄτουν σε· ἔλεγες σὺ τοὺς ὅρους τῶν ἀγωγῶν τεχνολογῶν μηδαμόϑεν σεαυτὸν[12]) ὑπεύθυνον εἶναι. οὐδὲ γὰρ ἐπερώτησις γέγονεν, ἵνα κινηϑῇ κατὰ σοῦ ἡ ex stipulatu, οὐδὲ mandάton παρηκολούϑησεν, ἵνα ἁρμόσῃ ἡ mandάti. ἑωρακὼς τοίνυν[13]) τὴν σὴν ἀγνωμοσύνην ὁ praetωr ὡς ὑπεναντίαν ὅτι μάχῃ ταῖς σαυτοῦ ὑποσχέσεσιν, ὥρισε[14]) τὴν 'pecuniae constitutae'. ἦν δὲ τὸ παλαιὸν ὁμοία ταύτης τῆς 'pecuniae constitutae' καὶ ἡ recepticia, ἥτις

8.

---

1) ī Vi R. 2) τὰ ins. F. 3) καὶ ins. Vi. F. R. 4) d. Vi. R. 5) τὸ πρ. τόδ. κ. τόδ. Vi. F. R. 6) —ας Vi. R.: —σεις F. 7) ita ex cj. R.: —ϑεὶς Vi. R. —ϑήσεις M. F[1]. —ϑει cet. 8) λέγ. ἐκ. Vi. F. R. ἐκ. κυρ. λέγ. L[1]. 9) —ίαν Vi. R. 10) δὲ Vi. G. 11) ἐνόχλ. Vi. F. R. 12) ita ex cj. R. pro uulg. ἑαυτ., quod tamen ferri posset. 13) τοίν. ἑωρ. L[6]. 14) d. L[6].

specie locum habet. aureos C a me mutuos accepisti, ac dedisti mihi quasdam res loco pigneris, aut etiam res tuas hypothecae iure obligasti dicens: 'illam et illam rem huius debiti nomine in hypothecae causam tibi obligo'. si in debito soluendo cessaueris, contra omnem possessorem rerum, quas mihi pigneris uel hypothecae nomine obligasti, recte quasi seruiana actione utar, easque persequar, nisi mihi debitum solutum sit. inter pignus autem et hypothecam, quantum ad actionem quasi seruianam exercendam, nihil interest; siue enim pigneris loco, siue hypothecae res tuas tu debitor propter id, quod mutuo sumpsisti, obligaueris, recte quasi seruiana experiar. set in aliis differentia est. pignus enim id proprie dicitur, quod creditori traditur, maxime si res mobilis sit; quod uero sine traditione nuda conuentione obligatur, id proprie hypotheca
8. uocatur. 8. Non solum in rem, uti dictum est, set etiam in personam actiones praetor proposuit, ueluti de pecunia constituta. haec enim non est ciuilis; locumque habet in eiusmodi casu. C. aureos mihi debebas; obuiam tibi ueni eos repetens. cum ita peterentur et uelles praesentes augustias effugere, pollicitus es decimo mensis die eos te soluturum. cum dies iam elapsus esset, repetebam a te, qui actionum fines suptilius captans nullomodo te teneri aiebas. non enim stipulatio facta fuerat, ut ex stipulatu tecum agi posset, neque mandatum erat subsecutum ut mandati actio competeret. tuam igitur improbitatem praetor respiciens, quae tuis ipsius promissis aduersaretur, pecuniae constitutae actionem proposuit. erat olim huic pecuniae constitutae actioni recepticia quoque

ἁρμόζει τραπεζίτου ἀντιφωνήσαντος. καὶ κοινωνία μὲν τῆς recepticias καὶ τῆς 'pecuniae constitutae' αὕτη, καθὸ ἑκατέρα ἐξ ἀντιφωνήσεως τίκτεται· διαφορὰ δὲ ὅτι ἡ μὲν 'pecuniae constitutae' ἐπὶ παντὸς ἑτέρου ἀντιφωνήσαντος χώραν ἔχει, ἡ δὲ recepticia ἐπὶ μόνου[1]) τραπεζίτου. καὶ ἑτέρα δὲ διαφορά, ὅτι ἡ μὲν 'pecuniae constitutae' χώραν ἔχει ἡνίκα ἀντιφωνηθῇ τὰ 'pondere numero mensurâ', ἡ δὲ recepticia, οἱονδήποτε[2]) εἴη τὸ ἐποφειλόμενον, εἴτε κινητὸν εἴτε ἀκίνητον, ἀντιφωνήσαντος τραπεζίτου, κινεῖσθαι δύναται. οὐκοῦν ἡ 'pecuniae constitutae' πλατύνεται μὲν τοῖς προσώποις (πᾶς γὰρ ἀντιφωνεῖ), στενοῦται δὲ τοῖς πράγμασιν, ἀντιφωνεῖται γὰρ μόνα τὰ 'pondere numero mensura'[3]), ἡ δὲ recepticia ἐκ τοῦ ἐναντίου στενοῦται τοῖς προσώποις (μόνος γὰρ τραπεζίτης ταύτῃ κρατεῖται), πλατύνεται δὲ τοῖς πράγμασι· πάντα γὰρ ἐν ἑαυτῇ ἐπιδέχεται τὰ ἐποφειλόμενα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὸ παλαιόν· διάταξις δὲ γέγονε τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥτις εἶπε μόνην κινεῖσθαι καὶ[4]) κατὰ[5]) τραπεζίτου καὶ παντὸς ἑτέρου ἀντιφωνήσαντος τὴν 'pecuniae constitutae' ἀναιροῦσα τὴν receptician. τὸ δὲ πλάτος τῶν πραγμάτων, ἣν ἐν ἑαυτῇ εἶχεν ἡ recepticia, μετήγαγεν ἐπὶ τὴν 'pecuniae constitutae', ὥστε σήμερον χώραν ἔχειν καὶ κατὰ παντὸς ἀντιφωνήσαντος καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι ἐποφειλομένῳ. ἐπενόησεν ὁ praetor καὶ τὴν de peculio κατὰ τοῦ πατρὸς ἢ κατὰ τοῦ δεσπότου προφάσει τῶν γενομένων πρὸς τοὺς οἰκέτας ἢ τοὺς ὑπεξουσίους παῖδας συναλλαγμάτων. ἐφηῦρε δὲ καὶ τὴν in factum, ἥτις ἁρμόζει ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἐὰν γὰρ[6]) ἀπαιτῶ σε χρέος, ἀρνῇ δὲ σὺ τοῦτο ἐποφείλειν, εἶτα ἐπαγάγῃς μοι ὅρκον, ὁμόσω δὲ ἐγὼ ἐποφείλεσθαι, ἐκ τούτου αὐτοῦ τοῦ ὅρκου δοθήσεταί μοι ἡ in factum. καὶ ἑτέρας δὲ πλείστας ἀγωγὰς ἐπενόησεν ὁ praetor.

9. Ἡ δὲ 'pecuniae constitutae' (ἀναδράμωμεν γὰρ[7]) πάλιν ἐπ' αὐτὴν) κατὰ παντὸς κινεῖται ἀντιφωνήσαντος, εἴτε ὑπὲρ ἑαυτοῦ 9.

---

1) τοῦ ins. L¹. F. 2) ὁτιδ. Vi. R. 3) genetiuum casum usurpant h. l. Vi. R. 4) d. F. 5) τοῦ ins. L¹. L⁶. 6) d. Vi. R. 7) d. L².

similis, quae in argentariorum receptis locum habebat. id uero inter recepticiam et pecuniae constitutae actionem commune est, quod utraque ex constituto nascitur; eo uero differunt, quod pecuniae constitutae actio contra omnem, qui diem constituerit, locum habet, recepticia autem in argentarium tantummodo. set illud etiam interest, quod pecuniae constitutae actio tunc locum habet, cum ea constituta sint, quae pondere numero mensuraue constant; recepticia autem, qualiscumque res debeatur, siue mobilis siue soli, intendi potest. pecuniae igitur constitutae actio latior est quod ad personas, nam quolibet constituente locum habet; angustior uero quod ad res; nam ea solum constitui possunt, quae pondere numero mensura constant. recepticia autem ex diuerso angustior est quod ad personas, cum eadem solus argentarius teneatur; latior uero, quod ad res; omnia enim, quae debentur, in ea continentur. set haec quidem olim: constitutio autem prodiit principis nostri, qua cautum est, ut et in argentarium et in quemlibet alium constituentem pecuniae constitutae actio sola competeret, recepticia sublata. nam cum plenior circa res esset recepticia, id ad pecuniae constitutae actionem transtulit. itaque hodie pecuniae constitutae actio in omnibus constituentibus locum habet et in omni re, quae debeatur. Proposuit quoque praetor actionem de peculio aduersus patrem dominumue eorum nomine, quae cum seruis uel filiisfamilias gesta sunt. Proposuit item actionem in factum, quae in eiusmodi casu locum habet. si a te debitum petam, tu autem neges te id mihi debere, et iusiurandum mihi deferas, ego uero iurem, ex hoc ipso iureiurando actio in factum mihi dabitur. et alias complures
9. actiones praetor introduxit. 9. Pecuniae autem constitutae

εἴτε ὑπὲρ ἑτέρου καταβαλεῖν ἑαυτόν[1]) τις ἐπηγγείλατο, ἐπερωτήσεως δηλαδὴ μηδεμιᾶς ὑποκειμένης. ταύτης γὰρ παρακολουθησάσης, τὴν ex stipulatu[2]) δίδωσι τὸ[3]) πολιτικόν. 10. Τὴν δὲ[4]) de peculio ἀγωγὴν διὰ τοῦτο κατὰ[5]) πατρὸς ἢ κατὰ δεσπότου ἐφηῦρεν ὁ praetor, ἐπειδή, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐκ τῶν πρὸς τοὺς ὑπεξουσίους συναλλαγμάτων αὐτῷ τῷ νόμῳ οὐ κατέχονται οἱ πατέρες ἢ οἱ δεσπόται[6]) (τοῦτο γὰρ ἄγνωστον τῇ πολιτικῇ νομοθεσίᾳ), ὅμως διὰ τὸ φύσει δίκαιον μέχρι τῆς τοῦ peculiu ποσότητος καταδικάζεται[7]). ὅπερ pecúlion οὐσία τῶν ὑπεξουσίων παίδων, ἀρρένων φημὶ καὶ θηλειῶν, ἐστιν, ὁμοίως δὲ καὶ οἰκετῶν, ὥστε τοὺς δεσπότας ἢ τοὺς πατέρας μέχρι τοσαύτης καταδικάζεσθαι ποσότητος. 11. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ὅρκου in factum (δεῖ γὰρ πλατύτερον περὶ αὐτῆς διαλαβεῖν) χώραν ἔχει, καθὰ εἴρηται, ἡνίκα ἐμοῦ ἀπαιτοῦντός σε τὸ ἐποφειλόμενον, ὅρκου ἐπαχθέντος μου, ὁμόσω ἐποφείλειν σε τοσήνδε ποσότητα ἣν καὶ ἀπαιτῶ. ἐὰν γὰρ ταύτην μὴ καταβάλῃς, παρασχεθήσεταί μοι ἡ in factum ἀγωγή, ἣν κινῶν οὐκ ἀναγκάζομαι[8]) δεῖξαι πότερον ἐποφείλομαί τι[9]) ἢ οὐκ ἐποφείλομαι, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐπιδείξαντός[10]) μου[11]) ὅτιπερ ὤμοσα, ἀνάγκη σε καταδικασθῆναι. 12. Ἐπενόησε δὲ καὶ poenalias[12]) ἀγωγὰς ὁ praetor. οἷον ἤδικτον ὁ praetor προστέθεικεν, ἐλθὼν δέ τις τοῦτο διέρρηξεν ἤτοι ἀφήρπασεν. ἔστι κατ' αὐτοῦ ἡ[13]) in factum ἀγωγὴ albi corrupti, τουτέστιν ἕνεκα τοῦ álbu[14]) τοῦ[15]) διαρραγέντος. [álbon[16]) δὲ λέγεται τὸ ἤδικτον διὰ τὸ λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασιν]. 12a. Πολλὴ τοῖς πατρᾶσιν ἔτι δὲ καὶ τοῖς πάτροσιν[17]) ἐποφείλεται τιμὴ παρὰ τῶν παίδων καὶ τῶν ἀπελευθέρων. μέρος δὲ τῆς τιμῆς ἐστι καὶ τοῦτο, τὸ μὴ δύνασθαι καλεῖν τούτους εἰς τὸ δικαστήριον δίχα αἰτήσεως συγγνώμης. ὑπόθου δὲ τὸν

---

1) d. Vi. R. 2) —tiona L². 3) d. L¹. 4) ad. ex M. 5) τοῦ ins. Vi. F¹. R. 6) οἱ δεσπ. ἢ πατ. Vi. R. 7) —ζονται F. 8) οὐ καταν. L². 9) d. F. 10) ἀποδ. Vi. R. 11) τὸ ins. Vi. R. 12) —les R.: ἤτοι τιμωρητικάς ad. L². 13) d. Vi. 14) scr. M. 15) δ'. Vi. R. 16) álbon —γράμμασιν glossema est. 17) πάτρωσιν ἔτι δὲ κ. τ. π—ᾶσιν omn. praet. M.

actio (rursus enim ad eam reuertamur) aduersus omnes competit; siue quis pro se, siue pro alio sese soluturum constituerit, nulla scilicet stipulatione interposita. hac enim
10. subsecuta, actio ex stipulatu iure ciuili datur. 10. Actionem autem de peculio ideo in patrem dominumue comparauit praetor, quia licet ex contractibus eorum, qui in potestate sunt, ipso iure patres uel domini non teneantur (id enim iuri ciuili ignotum est), tamen propter ius naturale ad peculii usque quantitatem condemnantur. id autem peculium filiorum filiarumque familias atque seruorum patrimonium est; ita ut domini patresue usque ad eius quantitatem condemnentur.
11. 11. Actio autem, quae iurisiurandi nomine in factum datur (plenius enim de ea dicendum est), locum habet, uti dictum est, cum ego a te debitum petam, egoque, iureiurando mihi delato, iurem tantam pecuniam te mihi debere, quantam peto. quod si eam non solueris, actio mihi in factum dabitur. qua si experiar, non cogar probare, utrum mihi aliquid debeatur necne; set cum id tantummodo ostenderim, me
12. iurauisse, condemnandus eris. 12. Poenales quoque actiones praetor comparauit. ut ecce edictum praetor proposuit. adcedens aliquis id corrupit aut abstulit; datur aduersus eum actio est in factum, quae dicitur 'albi corrupti'; [album autem edictum uocatur, quia litteris albis est exaratum].
12.a 12a. Magna patronis parentibusque a filiis libertisque reuerentia debetur. cuius reuerentiae ea quoque pars est, eos in iudicium sine ueniae impetratione uocari non posse. finge

παῖδα εἶναι emancipaton, ἐπεὶ[1]) δικαστήριον οὐ δύναται [ἄλλως[2])] συνεστάναι. εἰ τοίνυν ὁ μὲν παῖς τὸν πατέρα, ὁ δὲ ἀπελεύθερος τὸν πάτρονα δίχα αἰτήσεως συγγώμης ἐπὶ δικαστήριον καλέσῃ, κρατεῖται τῇ in factum καὶ εἰς φανερὰν χρυσίου ποσότητα[3]) καταδικάζεται. 12b. Τὸν ἐμὸν ὑπεύθυνον 12b. ἀγόμενον ἐπὶ δικαστήριον[4]) βίᾳ ἐξείλετό τις ἢ κατὰ δόλον οὐ συνεχώρησεν ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δικαστήριον· καταδικασθήσεται τῇ in factum τοσοῦτον ἀπαιτούμενος ὅσου ἐγὼ τὸν καλούμενον ἐπὶ τὸ[5]) δικαστήριον ἀπῄτουν. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι ἀναρίθμητοι in factum poenaliai. 13. Εἰσὶ δὲ καὶ prae- 13. iudicialiai ἀγωγαὶ ἐπὶ διαφόρων κινούμεναι θεμάτων[a]). praeiudicion δέ ἐστι τύπος ἀπὸ intentionos[6]) μόνης συγκείμενος· οὐδὲ γὰρ ἔχει καταδίκην ἐν ἑαυτῷ[7]). in rem δέ ἐστι τοῦτο τὸ δικαστήριον, οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος. ἀπεμάχετό τις πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην λέγων ἑαυτὸν μὴ εἶναι αὐτοῦ δοῦλον[8]) ἢ ὁ ἐμὸς ἀπελεύθερος ἀνεφώνει εἰς εὐγένειαν. δυνατὸν κινεῖσθαι[9]) ἐπὶ ἑνὸς ἑκάστου τούτων τῶν θεμάτων praeiudicialiωs τὴν in rem. δύναται γὰρ ὁ ἀναφωνῶν εἰς ἐλευθερίαν κινεῖν λέγων· »εἰ φαίνεταί μεb) ἐλεύθερον εἶναι«; καὶ οὐκέτι ἐπάγει[10]). »καταδίκασον ᾧ δικαστά«. τοιαύτη δέ ἐστι καὶ[11]) ἡ in rem praeiudicialia ‘de partu agnoscendo’[12]). οἷον εἶχον ἐγὼ γαμετήν· ἐγκύμων γέγονεν ἐξ ἐμοῦ. διελύθη repudίῳ ὁ γάμος· ἐτέχθη ὁ[13]) παῖς. οὐκ ἠβουλόμην τοῦτον τρέφειν. δύναται κινεῖν κατ' ἐμοῦ[14]) ἀναγκάζουσά με, ὥστε θρέψαι τοῦτον[15]) τὸν παῖδα καὶ ἀναγκάσει με, εἴγε ἀποδείξῃ ὅτι[16]) ἐξ ἐμοῦ γέγονεν ἐγκύμων.

---

1) —δὴ L⁶. 2) ad. ex cj. Nannii: ἐπὶ τὸ δικ. δύνασθαι συν. cj. R. 3) ἤγουν εἰς $\overline{ν}$ νν. L⁶. ins. 4) —ιον Vi. R. 5) d. L⁶. 6) καὶ ins. L⁶. 7) —τῇ Vi. F. R. 8) δ. αὐτ. omn. praet. M. L⁶. 9) κιν. δυν. L⁶. 10) —ειν L⁶. Vi. R.: cet. —γω. 11) d. L². 12) ἤτοι περὶ τοκετοῦ διαγνώσεως ad. omn. praet. L¹. L². 13) δ. Vi. R. 14) ἡ γυνὴ ins. Vi. R. 15) δ. L⁶. 16) εἴγε L⁶., qui extranea in textum infert.

a) Gai. 4, 44. b) Si ita legas, non est cur de Thi testimonio ambigatur: contra Lenel Edictum p. 249 n. 3.

enim filium esse emancipatum (nam alioqui nulla actio consistit). si igitur filius patrem uel libertus patronum, uenia non impetrata, in iudicium uocauerit, in factum actione
12b. tenetur et in certam pecuniae summam damnatur. 12b. Si quem reum in ius uocauerim quis ui exemerit doloue fecit quominus ueuiret, in factum actione condemnabitur: et tanti in eum intendetur, quanti ego cum eo, quem in ius uocaueram, acturus eram. sunt et aliae innumerabiles actiones
13. in factum poenales. 13. Sunt et praeiudiciales actiones, quae in uariis casibus exerceri possunt. praeiudicium est formula, quae intentione tantum constat, neque condemnationem continet. in rem autem hoc iudicium est, ueluti in hac specie. controuersiam quidam domino faciebat, contendens sese eius seruum non esse, uel libertus meus ingenuum sese profitebatur. in quibus singulis casibus praeiudicialiter in rem intendi potest: potest enim is, qui ad libertatem proclamat, ita intendere: »an pareat me liberum esse«, neque adicit: »iudex condemna«. eiusmodi est praeiudicialis in rem actio de partu agnoscendo. ut ecce uxorem habueram, quae praegnas ex me facta est; dissolutae sunt nuptiae diuortio et tunc natus est puer. eum alere nolebam; potest ea mecum agere, ut me cogat eum puerum alere: et me cogere poterit, cum ostenderit sese ex me factam esse

τρεῖς οὖν εἰρήκαμεν praeiudicialias ἀγωγὰς, ὧν τὰς μὲν δύο ἐπενόησεν ὁ praetor, ἡ δὲ μία κατάγεται ἐκ τοῦ πολιτικοῦ, ἔνθα λέγει τις· ‘εἰ φαίνεταί με ἐλεύθερον εἶναι’; 14. Εἰρήκαμεν ὅτι τῶν ἀγωγῶν αἱ μέν εἰσιν in rem, αἱ δὲ 14.
personaliai. τούτων τοίνυν διακεκριμένων καὶ πολὺ διϊσταμένων[1]) ἀλλήλων, ἐκεῖνο προδηλόν ἐστι τὸ μὴ δύνασθαι τὸν ἐνάγοντα τὸ ὑπ’ αὐτοῦ δεσποζόμενον πρᾶγμα διὰ personalias ἀγωγῆς ἀπαιτεῖν καὶ λέγειν· »εἰ φαίνεται τὸν[2]) ἀντίδικον τόδε[3]) τὸ πρᾶγμα δοῦναί μοι χρῆναι«[4]). οὐδὲ γὰρ τὸ ὑπάρχον ὑπὸ τὴν δεσποτείαν τινὸς τοῦτο αὐτῷ[5]) δίδοσθαι δύναται[6]). δοῦναι γάρ ἐστι τὸ ποιῆσαι δεσπότην[7])· ἐπιπλέον δὲ ὁ actor δεσπότης τοῦ οἰκείου γενέσθαι οὐ δύναται. ὑπέξελέ μοι τὸν furtiuon condicticion, ὃν δυνάμεθα κινεῖν κατὰ τοῦ κλέπτου προφάσει αὐτοῦ τοῦ πράγματος τοῦ κλαπέντος. μίσει γὰρ τῶν κλεπτῶν, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτοὺς κατέχεσθαι ἀγωγαῖς, παραβαίνομεν ἐνταῦθα τοὺς κανόνας. διὰ μὲν γὰρ[8]) τῆς furti τὸ διπλάσιον ἢ τὸ τετραπλάσιον λαμβάνομεν, αὐτὸ δὲ τὸ ὑφαιρεθὲν ἀπαιτοῦμεν ἢ κατὰ κανόνα διὰ τῆς in rem ἢ παρὰ κανόνα διὰ τοῦ furtiuu condicticiu λέγοντες· »εἰ φαίνεται τόνδε χρῆναι δοῦναι«. 15. Πᾶσαι δὲ αἱ in rem τῷ γένει λέγονται uindicationes, ὥςπερ καὶ πᾶσαι personaliai 15.
condicticioi προσαγορεύονται. καὶ πόθεν εἴρηται condicticios, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ‘condicere’ ἐστὶ[a]) κατὰ τὴν ἀρχαῖαν διάλεκτον τὸ παραγγεῖλαι. πάλαι γὰρ ὁ ἔχων δίκην πρός τινα παρήγγειλεν[9]) αὐτῷ ὅτι· »ἐλθὲ τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ὡς δικασόμενος μετ’ ἐμοῦ«. σήμερον δὲ[10]) καταχρηστικῶς λέγεται condicticios ἡ[11]) ἀγωγὴ, ἣν ὁ actor κινῶν λέγει· »εἰ φαίνεται τόνδε χρῆναι δοῦναι«. ἐπειδὴ κατὰ τὸ νῦν κρατοῦν οὐδεμία πρὸς τὸν ἀντίδικον[12]) γίνεται παραγγελία οὐδὲ[13])

---

1) haec. d. L¹. L². F². 2) δ. L¹. F². 3) μοῦ ins. L¹. F. 4) M. L¹. L².: cet. χρ. μ. δ. 5) —τὸ L⁶. 6) δύν. δίδ. L⁶. 7) —τείαν L⁶. 8) γ. μ. Vi. R. 9) —ελεν Vi. R. 10) δ. L². M. 11) δ. L⁶. 12) αὐτοῦ ins. M. 13) γὰρ ins. Vi. R.

a) Gai. 4, 18.

praegnatem. tres igitur diximus esse praeiudiciales actiones, quarum duas praetor proposuit, una autem ex iure ciuili descendit, in qua nimirum quis intendit: »an pareat me
14. liberum esse«. 14. Diximus actionum quasdam in rem esse, quasdam in personam. quibus ita discretis, certum est non posse actorem rem, cuius dominium habet, per actionem in personam petere, atque intendere: 'si paret aduersarium rem meam mihi dare oportere'. nec enim quod alicuius est id ei dari potest; quoniam dare significat quendam dominum facere: actor autem magis suae rei dominus fieri nequit. excipe mihi tamen condictionem furtiuam, qua in furem experimur eius rei nomine, quae furto est ablata. odio enim furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, iuris regulas missas facimus. per actionem enim furti duplum quadruplumue persequimur; ipsam autem rem ablatam aut ex iuris regula uindicamus, aut contra regulam per furtiuam condictionem petimus, sic intendentes: 'si paret
15. illum dare oportere'. 15. Omnes autem in rem actiones uindicationes uocantur, sicuti et omnes actiones in personam condictiones dicuntur. 'condicere' enim est denuntiare prisca lingua. olim enim qui cum aliquo agere uolebat, id ei ita denuntiabat: 'adesto illa die ad iudicem mecum capiendum'[1]). hodie uero abusiue 'condictio' ea actio uocatur, qua actor intendit: 'si paret illum dare oportere'; nulla enim ex iure, quo nunc utimur, aduersario

[1]) cf. Gai. 4, 18.

παραγγέλλει αὐτῷ ὁ ἐνάγων, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐλθεῖν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ καὶ δικάσασθαι. 16. Δευτέρα τῶν ἀγωγῶν διαίρεσις 16.
αὕτη, ὅτι τῶν ἀγωγῶν τὰς μὲν κινοῦμεν ad rei persecutiona[1]), τουτέστι ψιλὸν τὸ πρᾶγμα ἀπαιτοῦντες, τινὰς δὲ ἐπὶ ἀπαιτήσει ποινῆς, τινὲς δέ εἰσι μικταὶ, ἔχουσαι καὶ rei persecutiona, οὖσαι δὲ καὶ poenaliai[2]). 17. Καὶ[3]) ad[4]) rei persecutiona 17.
ἐπινενόηνται πᾶσαι αἱ in rem ἀγωγαί. ἐπὶ δὲ τῶν personaliῶn, ὅσαι μὲν ἀπὸ συναλλαγμάτων κατάγονται, σχεδὸν πᾶσαι[5]) rei persecutiona μόνην ἔχουσιν[6]), οἷον δανειακὸς condicticios ἢ ex stipulatu ἢ commodati ἢ depositi ἢ pro socio ἢ ex empto[7]) uendito ἢ[8]) locati[9]) conducti. ἐπειδὴ δὲ εἶπον τὴν depositi rei[10]) ἔχειν persecutiona μόνην, ὀφείλεις εἰδέναι ὅτι εἰ ταραχῆς συμβάσης δημοτικῆς ἤγουν ἐμπρησμοῦ ἢ πτώσεως ἀπειλουμένης ἢ ναναγίου μέλλοντος γίνεσθαι παρεθέμην Titiῳ πρᾶγμα, ἀπαιτούμενος δὲ ἐκεῖνος μετὰ ταῦτα ὑπερετίθετο[11]) ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδοσιν, κινουμένης τῆς[12]) depositi κατ' αὐτοῦ τοῦ Τιτίου ἢ καὶ κατὰ κληρονόμου[13]) αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἐλέγχεται δόλος ὑπὸ τοῦ κληρονόμου ἁμαρτηθεὶς, καταδικασθήσεται οὐ μόνον τὸ πρᾶγμα ἀλλὰ καὶ ἕτερον τοσοῦτον καταβαλεῖν[14]), καὶ συναριθμηθήσεται ἢ depositi εἰς τὸ διπλοῦν, καίτοιγε[15]) ἀπὸ συναλλαγμάτων ἐγειρομένη, ὁμοίως καὶ[16]) ταῖς μικταῖς συναριθμουμένη ταῖς ἐχούσαις ποινῆς[17]) καὶ πράγματος ἀπαίτησιν. 18. Αἱ δὲ ἐξ ἁμαρτήματος ἐγειρόμεναι ἀγωγαὶ ποτὲ 18.
μὲν μόνης ποινῆς ἀπαίτησιν ἔχουσι, ποτὲ δὲ τοῦτο μὲν ποινῆς τοῦτο δὲ καὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ, ὥστε αὐτὰς εἶναι μικτάς. ποινὴν μόνην ἀπαιτοῦμεν διὰ τῆς furti, εἴτε manifesti[18]) ἐπὶ τῷ τετραπλῷ, εἴτε nec manifesti[19]) ἐπὶ τῷ διπλῷ. τὸ γὰρ

---

[1]) M.: —questiona F.: —questionem Vi. R. [2]) περσοναλίαι L^1. L^2. F. [3]) πρὸς ins. M. L^6. Vi. R. [4]) μὲν Vi. R. [5]) ad. ins. Vi. R. [6]) τὴν καταδίκην ad. Vi. R. [7]) ἢ ex ins. Vi. R. [8]) ad. ex F^2. (Vi. R.). [9]) ἢ ins. Vi. R. [10]) d. L^6. [11]) M. L^2. L^6.: cet. ὑπερέθ. [12]) —ένη ἡ M. L^6. [13]) —ων Vi. R. —ον cet. [14]) d. M. L^1. L^6. [15]) καίτοι L^6. [16]) καὶ ὁμ. L^6. [17]) ita cum R. pro uulg. —άς. [18]) κινεῖται ins. Vi. F. R. [19]) κινεῖται h. l. L^1. L^2. L^6.

denuntiatio fit. non enim denuntiat ei actor, ut illa die adsit
16. ad iudicem capiendum. 16. Secunda autem actionum diuisio haec est, quod quibusdam ad rei persecutionem experimur, idest nudam rem petimus, quibusdam autem ad poenae persecutionem: quaedam autem mixtae sunt, quae et ad rei
17. persecutionem spectant et personales sunt. 17. Et rei persequendae causa comparatae sunt omnes in rem actiones. earum uero actionum, quae in personam sunt, hae quidem, quae ex contractibus nascuntur, fere omnes ad rei persecutionem tantummodo spectant: ueluti condictio mutui, actio ex stipulatu, commodati, depositi, pro socio, ex empto uendito, locati conducti. cum autem dixerim depositi actionem ad rei tantum persecutionem comparatam esse, admonendus es, si ciuilis tumultus uel incendii uel naufragii causa rem apud Titium deposuerim, ille autem postea, cum res repeteretur, moram in reddendo fecerit, et cum eodem Titio heredeue eius agatur, dummodo dolum ab herede admissum esse probetur, non rem solam set etiam alterum tantum restituere eum debere. dupli uero persequendi gratia dabitur actio depositi; et quamuis ex contractu orta sit, tamen mixtis actionibus adnumerabitur, quae poenae et rei persequendae
18. causa sunt comparatae. 18. Actiones uero ex maleficio natae, modo poenam solam persecuntur, modo poenam et rem ipsam, et ob id mixtae sunt. poenam tantum persequimur per furti actionem; siue manifesti agatur quadrupli, siue nec manifesti, dupli. nam ipsam rem furto ablatam propria actione

πρᾶγμα αὐτὸ τὸ κλαπὲν διὰ ἰδιαζούσης ἀπαιτοῦμεν ἀγωγῆς, ἢ διὰ τῆς in rem (εἴτε ὁ κλέπτης εἴτε ἕτερός τις τοῦτο νέμεται) ἢ διὰ τοῦ[1]) furtiuu condicticiu, ὃν κατ' αὐτοῦ τοῦ[2]) κλέπτου κινεῖν δυνάμεθα. 19. Ἡ δὲ ui bonorum raptorum 19.
mixta[3]) ἐστὶν· ἐν γὰρ τῷ τετραπλῷ ἐστι καὶ ἡ τοῦ πράγματος ἀπαίτησις, ὥστε οὖν τὸ τετραπλοῦν οὐκ ἐν καθαρᾷ[4]) ἐστι ποινῇ[5]). ἡ δὲ ἐκ τοῦ Aquiliu ἀγωγὴ mixta ἐστὶν, οὐ μόνον ἡνίκα κατὰ τοῦ ἀρνουμένου κινεῖται εἰς τὸ διπλάσιον, ἀλλ' ἐσθ' ὅτε καὶ ἡνίκα εἰς τὸ ἁπλοῦν[6]) ποιεῖται τὴν ἐναγωγήν[7]). ἐὰν γάρ τις τὸν ἐμὸν οἰκέτην χωλὸν ὄντα ἢ ἑτερόφθαλμον φονεύσῃ, ἔτυχε δὲ οὗτος ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἀκέραιος ὤν, τυχὸν πρὸ ξ̄ ἡ̄[8]) η̄ ἡ̄[9]) καὶ ῑ̄ μηνῶν τῆς πληγῆς, οἶδας ὅτε ὁ δικαστὴς ἀνακλᾷ ἑαυτὸν εἰς τοὐπίσω ἐπὶ ὁλόκληρον ἐνιαυτὸν, ἡνίκα τὸ πρῶτον κεφάλαιον τοῦ Aquiliu tractaΐζεται, καὶ ἐν ᾧ ἂν εὕρῃ χρόνῳ πλείονος ἄξιον ὄντα τὸν ἀναιρεθέντα οἰκέτην, πρὸς τὴν διατίμησιν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ποιεῖται τὴν καταδίκην[10]) κατὰ τὴν δεδομένην[11]) ἤδη διαίρεσιν. ἰδοὺ ἐνταῦθα εἰ[12]) εἰς ἁπλοῦν γίνεται, καὶ[13]) ὅμως ἔχει καὶ ποινῆς ἀπαίτησιν. τοῦ γὰρ ἀναιρεθέντος οἰκέτου ὄντος ἐσθ' ὅτε ἀξίου[14]) κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναιρέσεως ῑ̄ νομισμάτων, ἡ καταδίκη γίνεται ρ̄ νομισμάτων διὰ τὸ τοσούτου ἄξιον αὐτὸν γεγενῆσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ὑγιὴς ἦν. Mixta[15]) ἐστὶν ὁμοίως ἡ ἀγωγὴ καὶ ἐπ' ἐκείνου τοῦ θέματος. τελευτῶν τις ληγάτον ἢ fideicómmisson κατέλιπεν ἐκκλησίᾳ ἢ μοναστηρίῳ ἢ εὐκτηρίῳ ἢ ἑτέρῳ τοιούτῳ σεβασμίῳ[16]) τόπῳ[17])· εἶτα ὁ[a]) τὸ ληγάτον ἢ τὸ fideicómmisson ἐποφείλων, μέχρι τοσούτου τὴν καταβολὴν ὑπερέθετο ποιήσασθαι, μέχρις οὗ εἰς δικαστήριον κληθεὶς παρεγένετο. τότε γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ καταλειφθὲν πρᾶγμα ἤτοι

---

1) δ. L⁶. 2) δ. Vi. R. 3) M.: μίξτα L⁶.: μικτή cet. 4) —ῷ L⁶. 5) — νή L⁶.: καὶ ins. cj. R. 6) διπλ. L². L⁶. 7) ἀγ. L⁶. 8) καὶ ins. L⁶. 9) d. L⁶. 10) δίκην L¹. L². F. 11) παραδ. L¹. L². L⁶. F. 12) καὶ ins. L¹. L². L⁶. Vi. R. 13) ad. M. L⁶. 14) ἐσθ. ὄντ. ἀξ. omn. praet. M. L⁶. 15) δὲ ins. Vi. R. 16) σεπτῷ Vi. R. 17) d. M.

a) cf. Voell. 2, 1309.

persequituur, aut uindicatione, siue fur siue alius quis eam possideat, aut furtiua condictione, qua aduersus ipsum furem
19. possumus experiri. 19. Ui autem bonorum raptorum actio mixta est: quia in quadruplo rei quoque persecutio continetur et ideo quadruplum non totum in poena est. set et legis aquiliae actio mixta est, non solum si aduersus infitiantem in duplum agatur; set interdum et si in simplum intendatur· nam si quis hominem meum claudum aut luscum occiderit, qui in eodem anno integer fuerit, puta ante VII, VIII aut etiam X menses, quam necaretur, scis iudicem ad totum proximum annum respicere, cum de I° legis capite agatur, et ad pretium eius diei litem aestimare, in quo inueniat occisum seruum plurimi fuisse, secundum iam traditam distinctionem. ecce enim quomodo, licet simplum petatur, tamen poenae quoque persecutionem in se actio contineat. cum enim occisus seruus occisionis tempore forte X aureis dignus esset, condemnatio in C aureos fit, nam is tanti fuerat, quo tempore integer erat. Mixta item est actio in hac quoque specie. cum quis moreretur legatum fideiue commissum ecclesiae monasterioue oratorioue aliiue eiusmodi uenerabili loco aliquit: deinde qui legatum fideiue commissum debebat, tamdiu dare distulit, donec in iudicium uocatus adesset. tunc etenim et ipsam rem uel pecuniam numeratam relictam dare

τὴν τῶν χρημάτων ποσότητα ἀναγκάζεται δοῦναι καὶ ἕτερον τοσοῦτον ποινῆς ἕνεκα, ὡς ἐντεῦθεν δείκνυσθαι, ὅτι εἰς τὸ διπλοῦν ἔχει τὴν καταδίκην. 20. Εἰσί τινες ἀγωγαὶ, αἵτινες καὶ τῆς in rem καὶ τῆς personalias τὴν φύσιν ἐν ἑαυταῖς ἔχουσιν[1]). τοιοῦτόν ἐστι τὸ familiae erciscundae[2]), ὅπερ ἁρμόζει μεταξὺ τῶν συγκληρονόμων ἕνεκα[3]) διαιρέσεως τῶν κληρονομιαίων πραγμάτων. ἔχει γὰρ καὶ τῆς in rem τὸ ἰδίωμα, καθὸ περὶ πραγμάτων κινεῖται (ἕκαστος γὰρ συγκληρονόμων ἐν μέρει δεσπότης[4]) ἐστὶν), ἔχει δὲ καὶ personalias ἀποτελέσματα· ἐξετάζεται[5]) γὰρ ἐπὶ αὐτοῦ καὶ κατάγεται εἰς καταδίκην[6]) κεφάλαια[7]), ἅτινα personalias οὐ μὴν τῆς in rem ἐστὶν οἰκεῖα, ὡς ἐν τοῖς »de iudiciis«[8]) σὺν Θεῷ μαθησόμεθα. τὸ αὐτό ἐστιν εἰπεῖν καὶ ἐν τῷ 'communi diuidundo', ὅπερ κινεῖσθαι συμβαίνει μεταξὺ τῶν ἐχόντων ἐπίκοινα πράγματα ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας ἐπὶ τῷ ταῦτα διελέσθαι. συνηρίθμηται ταῖς εἰρημέναις ἀγωγαῖς καὶ τὸ 'finium regundorum' μεταξὺ τῶν ἀγρογειτόνων γυμναζόμενον, οἵτινες περὶ ὅρων πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι φιλονεικίαν. ἐν δὲ τούτοις τοῖς τρισὶ δικαστηρίοις ἐπιτέτραπται τῷ δικαστῇ ἐπὶ τῶν δικαζομένων, καθὸ δίκαιον[9]) καὶ κάλλιστον αὐτῷ φανῇ, προσκυροῦν τὸ κοινὸν πρᾶγμα καὶ τῷ ἑτέρῳ[10]) ἕτερον adiudicateüein, οἷον καὶ τούτῳ ϱ̄ τυχὸν νομ. ἄξιον, κἀκείνῳ ϱ́ νομισμάτων ἄξιον. ἐπὶ τούτῳ γὰρ συγκροτεῖται τὰ δικαστήρια ταῦτα ἐπὶ τῷ τὴν κοινότητα καταπαῦσαι καὶ[11]) τὴν ἐντεῦθεν ἐγειρομένην φιλονεικίαν ἤγουν ἐξισοῦσθαι αὐτούς[12]). εἰ δὲ συμβῇ τῷ ἑνὶ προσκυρωθῆναι ἀγρὸν ἄξιον ᾱ̄ νομισμάτων, τῷ δὲ ἑτέρῳ οἰκίαν ω̄ νομισμάτων, καταδικασθήσεται ὁ λαβὼν τὸν ἀγρὸν τῶν ᾱ̄ νομισμάτων διὰ τὸ μεῖζον αὐτοῦ εἶναι τὸ μέρος δοῦναι τῷ λαβόντι τὴν[13]) τῶν ω̄ νομισμάτων οἰκίαν[14]) ϱ̄

1) ἔχ. ἐν ἑαυτ. omn. praet. M. 2) herc. M. 3) τῆς ins. Vi. R. 4) —του L⁶.: κληρονόμος L¹. 5) —ετο L². 6) —ης M. τινῶν ins. L⁶. 7) —αίων L⁶. 8) iudiκίοις L². (qui haec ad.: οὗτοι[οἱ] περὶ κρίσεως). 9) αὐτῷ h. l. L⁶. 10) τῷ τοῦ ἑτέρου M. 11) d. Vi. 12) ad. M. 13) d. haec L⁶., qui tantum l. τῇ. 14) —ίᾳ L⁶.

compellitur et alterum tantum pro poena: patet inde hanc
20. actionem in duplum habere condemnationem. 20. Quaedam actiones tam in rem, quam in personam naturam optinere uidentur. talis est familiae erciscundae actio, quae coheredibus competit de rebus hereditariis diuidendis. actionis enim in rem illud proprium habet, quod res persequitur; nam singuli heredes pro rata domini sunt. set actionis quoque in personam effectus habet. pleraque enim capita in eadem inquiruntur atque in condemnationem deducuntur, quae actionis in personam, non in rem propria sunt, sicuti in libris »de iudiciis«,[1]) Deo fauente, uidebimus. idem dicendum est in iudicio communi diuidundo, quod inter eos redditur, qui res ex qualibet causa communes habent, ut diuidantur. quibus actionibus actio quoque finium regundorum adnumeratur, quae inter eos exercetur, qui confines agros habent, quique de finibus inter sese controuersiam habeant. in quibus tribus iudiciis permittitur iudici cuidam ex litigatoribus ex bono et aequo communem rem addicere et alii aliud adiudicare. ueluti huic rem, quae C aureis ualet, et illi rem, quae item C aureis ualet. ideo enim eiusmodi redduntur iudicia, ut communio soluatur cum his quae inde nascuntur controuersiis. nam si alteri fundus addictus sit, qui M aureis ualeat, alteri domum, quae DCCC ualeat, condemnabitur is, qui fundum acceperit M aureorum, quia eius pars praegrauatur, ei, qui

1) Cf. Dig. 10, 2, 3 pr [qui liber est VI de iudiciis cf. Const. '*Δέδωκεν*' §. 3].

νομίσματα, ὥστε ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν ἀνὰ $\overline{\lambda}$[1]) νομίσματα. 21. Τρίτη τῶν ἀγωγῶν διαίρεσίς ἐστιν αὕτη. πᾶσα γὰρ[2]) 21.
ἀγωγὴ ἢ εἰς ἁπλοῦν ἢ εἰς[3]) διπλοῦν ἢ εἰς τριπλοῦν ἢ εἰς
τετραπλοῦν ἔχει τὴν καταδίκην· περαιτέρω δὲ τοῦ τετραπλοῖ
οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. 22. Καὶ εἰς ἁπλοῦν μὲν ἔχουσι τὴν κατα- 22.
δίκην οἷον ἡ ἀπὸ τῆς ἐπερωτήσεως ἀγωγὴ ἢ ἀπὸ τοῦ δανείσ-
ματος ἢ ex empto[4]) uendito[5]), locati[6]) conducti[7]) mandati καὶ
ἄλλαι δὲ ἐκ[8]) πλειόνων αἰτιῶν ἀναφυόμεναι ἀγωγαί. 23. Εἰς 23.
διπλοῦν δὲ, οἷον ἡ furti nec manifesti καὶ ἡ τοῦ Aquiliu ἐξ
ἀρνήσεως καὶ ἡ[9]) depositi ἐστὶν ὅτε, οἷον ἡνίκα μὴ ἀποδίδοται
τὸ ταραχῆς[10]) ἢ ἐμπρησμοῦ χάριν παρατεθέν. ἔτι δὲ καὶ ἡ
serui conrupti[11]) ἥτις ἁρμόζει κατ' ἐκείνου τοῦ προτρέψαντος
ἢ συμβουλεύσαντος τῷ ἐμῷ οἰκέτῃ, ὥστε φυγεῖν ἢ ὥστε αὐτὸν
προπετῆ κατ' ἐμοῦ γενέσθαι ἢ ἀσώτως ζῆν ἢ ἁπλῶς οἱῳδή-
ποτε τρόπῳ χείρονας αὐτοῦ τοὺς τρόπους ἀποτελέσαι. κινου-
μένης δὲ ταύτης τῆς serui conrupti ἐναχθήσεται καὶ εἰς τὴν
τῶν ἀφαιρεθέντων ὑπ' αὐτοῦ πραγμάτων διατίμησιν. εἰς τὸ
διπλοῦν ἔχει τὴν καταδίκην, καθὰ εἴρηται, καὶ τὸ ληγάτον
ἢ τὸ fideicómmisson τὸ καταλειφθὲν σεπτοῖς τόποις μέχρι
τῆς εἰς[12]) δικαστήριον ἀφίξεως μὴ καταβληθέν. 24. Εἰς τὸ 24.
τριπλοῦν γίνεται ἡ καταδίκη ἐπὶ ἐκείνου τοῦ θέματος. διάταξίς
ἐστι τοῦ ἡμετέρου βασιλέως, ἥτις τοῖς τῶν ὑποθέσεων ἐκ-
βιβασταῖς λίγῳ sportúlωn ῥητόν τι δίδοσθαι παρεκελείσατο
πρὸς τὴν ποσότητα τὴν[13]) τῷ βιβλίῳ τῆς αἰτιάσεως[14]) ἐμφερο-
μένην. οἷον λόγου χάριν μέχρις ἑκατὸν νομισμάτων ὥρισε
δίδοσθαι τὸ ἥμισυ τοῦ νομίσματος, εἰ δὲ μείζων εἴη ποσότης,
πλείονα εἶναι καὶ τὰ spórtula. βουλόμενος οὖν ἐγὼ τὸν ἐμὸν
ἀντίδικον ζημιῶσαι καὶ ὑποβαλεῖν πλείονι[15]) sportúlωn δόσει,
ἐποφειλόμενος παρὰ αὐτοῦ ἑκατὸν νομίσματα ἔπεμψα αὐτῷ[16])

---

1) d. F.: τόσων L⁶. 2) δ. L⁶. F. 3) δ. L². 4) ἡ ex ins. Vi. R. 5) ἡ ins. Vi. R. 6) ἡ ins. Vi. R. 7) ἡ ins. Vi. R. 8) M. Vi. R.: cet. ἐπὶ. 9) d. L⁶. F. 10) χάριν h. l. Vi. F. R. 11) ita scr. M. 12) 'τὸ' om. cum. M. 13) ἐν ins. Vi. R. 14) τῶν αἰτιάσεων Vi. R. 15) —σι M. 16) d. L⁶.

domum DCCC aureorum acceperit, C aureos soluere ut habeat
21. uterque aureos nongenos. 21. Tertia actionum diuisio haec est. omnes actiones uel in simplum uel in duplum uel in triplum uel in quadruplum conceptae sunt; ultra autem qua-
22. druplum actionem nullam inuenire est. 22. Et in simplum condemnationem habet actio ex stipulatu, ex mutuo, ex empto uendito, locati conducti, mandati et aliae denique actiones
23. ex compluribus causis ortae. 23. In duplum autem ueluti furti nec manifesti, et legis aquiliae ex infitiatione, et interdum depositi, scilicet cum tumultus incendiiue causa depositum non redditur. item serui corrupti, quae actio competit in eum, qui hortatus est aut persuasit seruum meum, ut fugeret, aut contumax aduersus dominum fieret, aut luxuriose uiuere inciperet, aut denique quolibet modo deteriores eius mores efficerentur. in qua serui corrupti actione etiam earum rerum, quas seruus abstulit, aestimatio deducitur. dupli condemnationem, uti dictum est, actio quoque habet ex legato fideiue commisso uenerabilibus locis relicto, quod non ante-
24. quam est solutum, quam in ius iretur. 24. Tripli autem in eiusmodi casu condemnatio fit. constitutio est principis nostri, quae litium executoribus sportularum nomine certam summam dare iussit iuxta quantitatem in libello conuentionis insertam. ut ecce, uerbi gratia, constituit ut ad C usque aureos dimidium aurei daretur: si maior esset summa, quae peteretur, ampliores quoque essent sportulae. cum igitur ego aduersario meo nocere uellem, eumque ampliori sportularum dationi

βιβλίον εἰς $\overline{\alpha}$[1]) νομίσματα. καὶ λοιπὸν ἀνάγκη γέγονε τῷ αἰτιαθέντι[2]) ὡς πολλῆς οὔσης τῆς ἐμφερομένης τῷ βιβλίῳ ποσότητος, πλείονα δοῦναι spórtula. τῆς αἰτιάσεως[3]) ἐξεταζομένης, εὑρέθη[4]) ἑκατὸν ἐποφειλόμενος. καὶ ἐπειδὴ πλείονα ὧν ἔδει αὐτὸν κατὰ τὸ ἀληθὲς δοῦναι, δέδωκε, λόγου χάριν, ἕτερα[5]) ἓξ νομίσματα, τεχθήσεται κατ' ἐμοῦ τοῦ actoros ἐκ τῆς εἰρημένης διατάξεως ὁ ex lege[6]) condicticios μεθοδεύων με $\overline{\iota\eta}$[7]) νομίσματα, αὐτά τε τὰ ἐκ περιττοῦ δεδομένα νομίσματα καὶ ἕτερα $\overline{\iota\beta}$. τὸν γὰρ ex lege condicticion ἀμάχως ἐκ διατάξεως τίκτεσθαι συμβαίνει. 25. Εἰς τὸ τετραπλάσιον 25. ἔχουσι τὴν καταδίκην ἡ furti manifesti, ἔτι δὲ καὶ ἡ »metus causa«. ἐὰν γὰρ ἐπαγάγω[8]) φόβον τινὶ, παρασκευάσω δὲ αὐτὸν τὸ οἰκεῖον πρᾶγμά μοι παραδοῦναι, ἕξει κατ' ἐμοῦ τὴν metus causa, καὶ καταδικασθήσομαι αὐτῷ εἰς τὸ τετραπλάσιον[9]). εἰσὶ καὶ[10]) δύο in factum, εἰς τὸ τετραπλάσιον ἔχουσαι τὴν καταδίκην, οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος[11]). δέδωκά σοι ἑκατὸν νομίσματα, ὥστε κινῆσαι κατὰ Titiu δικαστήριον καὶ ἀπραγμόνως αὐτῷ μὴ συγχωρῆσαι διάγειν· δύναται ὁ Titios κινῆσαι κατά σου[12]) τὴν in factum ἀγωγὴν, $\overline{\upsilon}$ σὲ[13]) ἀπαιτῶν νομίσματα. ἢ καὶ ἠβούλετό τις οὐδεμίαν[14]) ἔχων κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴν κατὰ συκοφαντίαν εἰς τὸ δικαστήριον ἕλκειν με. φοβηθεὶς ἐγὼ διὰ[15]) τὴν προσοῦσάν μοι ἀπραγμοσύνην, ἔδωκα[16]) αὐτῷ[17]) νομίσματα ἑκατὸν ἐπὶ τῷ τὰ ἀπειλούμενα διαφυγεῖν δικαστήρια· δύναμαι ἐπιστραφεὶς κινῆσαι κατ' αὐτοῦ τὴν in factum, καὶ τῶν δεδομένων ὑπ' ἐμοῦ νομισμάτων ἀπαιτῆσαι αὐτὸν τὸ τετραπλοῦν. ἔστι καὶ ὁ ex lege condicticios ἐκ διατάξεως τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἔχων εἰς τετραπλοῦν τὴν καταδίκην[18]) ἐπὶ τούτου τοῦ[19]) θέματος. ἠτιασάμην

---

1) $\overline{\varsigma\tau}$ emendat Ernestius. 2) αἰτηθ. Vi. R. 3) d. L^1. L^2. L^6.: οὖν ins. L^1. Vi. F. R. 4) —θην Vi. R. 5) d. L^6. 6) d. F. 7) $\overline{\iota}$ καὶ $\overline{\eta}$ L^2. L^6. 8) ἐπάγω L^6. 9) —πλοῦν Vi. R. 10) δὲ L^6. 11) οἷον . . . θέμ. d. L^6. 12) κατ' ἐμοῦ L^6. 13) μὲ L^6. 14) M. L^6.: cet. μηδ. 15) d. L^6. 16) M.: cet. δέδ. 17) τούτῳ L^1. L^2. L^6. Vi. R. 18) ὡς ins. Vi. F. 19) [τοῦ d. Vi. R.] τοιούτου θέματος omn. praet. M.

obnoxium facere, cum mihi C aureos deberet, libellum ei misi M aureorum, et ideo coactus fuit reus ampliores dare sportulas, utpote pro magna summa libello inserta. quae petitio cum esset excussa, apparuit reum C tantum aureos debere. et cum plura, quam reuera debuerit, soluerit (ueluti exempli gratia aureos VI), ex praedicta constitutione condictio nascetur aduersus me actorem, qua XVIII aureos petet, idest VI eos, quos supra debitum soluerit et alios XII. procul dubio est ex lege condictionem ex ea constitutione
25. emanare. 25. Quadrupli condemnationem actio furti manifesti habet, item et actio de eo quod metus causa. nam si cui metum incussi et curaui, ut mihi suam rem traderet, actionem de eo quod metus causa factum est aduersus me habebit, qua ei in quadruplum condemnabor. sunt et duae actiones in factum, quae in quadruplum habent condemnationem: ueluti in hac specie. dedi tibi C aureos, ut aduersus Titium iudicium intenderes eumque tranquillum agere non sineres; potest Titius aduersus te in factum agere, a te CCCC aureos petens. uel etiam uolebat quis, qui nullam mecum actionem haberet, calumniae causa me in ius uocare; ego id metuens, utpote uir a negotiis alienus, ut iudicium, quod minabatur, effugerem, dedi ei aureos C: possum rursus cum eo in factum agere et quadruplum pecuniae, quam ei dederim, persequi. est condictio quoque ex lege, quae a constitutione principis nostri oritur et quadrupli condemnationem habet, in hac scilicet specie. cum aduersario meo

ἐγὼ τὸν ἐμὸν ἀντίδικον· ἔπεμψα αὐτῷ βιβλίον τῆς ἐποφειλομένης κατὰ τὸ ἀληθὲς ποσότητος. δέον τὸν ἐκβιβαστὴν ὀνόματι sportúlwn λαβεῖν δύο νομίσματα· ἔλαβε $\bar{\iota}$[1]) νομίσματα· κινηθήσεται κατ' αὐτοῦ ὁ ex lege condicticios, τὸ τετραπλοῦν τῶν $\bar{\eta}$ νομισμάτων αὐτὸν μεθοδεύων. 26. Εἰρήκαμεν εἰς[2]) διπλοῦν ἔχειν τὴν καταδίκην τὴν furti nec manifesti καὶ τὴν serui conrupti καὶ τὸν aquílion καὶ τὴν depositi, ἔστιν ὅτε καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ληγάτῳ $\dot{\eta}$[3]) fideicommíssῳ ἀπαίτησιν, ὅπερ κατελείφθη σεβασμίοις τόποις. διαφορὰ δὲ μεταξὺ αὐτῶν[4]) τῶν ἀγωγῶν αὕτη, ὅτι[5]) ἡ furti nec manifesti καὶ ἡ serui conrupti παντὶ τρόπῳ εἰς τὸ διπλοῦν ἔχουσι τὴν καταδίκην, εἴτε ἀρνεῖταί τις εἴτε ὁμολογεῖ· ὁ δὲ aquílios καὶ ἡ depositi ἐπὶ τῶν εἰρημένων θεμάτων κατὰ μὲν τῶν ἀρνουμένων διπλασιάζονται[6]), κατὰ δὲ τῶν ὁμολογούντων εἰς ἁπλοῦν ποιοῦνται τὴν καταδίκην. ἐπὶ δὲ τοῦ ληγάτου τοῦ καταλειφθέντος ἐκκλησίαις[7]) ἢ καὶ ἑτέροις τιμίοις τόποις, οὐ μόνον ἡνίκα τις ἀρνεῖται, ἐστὶ κατ' αὐτοῦ ἡ εἰς τὸ διπλοῦν καταδίκη, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ὑπέρθηται τοῦ καταλιμπανομένου ποιήσασθαι[8]) τὴν ἀπόδοσιν, μέχρις οὗ κελεύσει τῶν προσφόρων ἀρχόντων ὀχληθῇ. κατὰ γὰρ τοῦ ὁμολογοῦντος καὶ πρὸ τῆς κατὰ κέλευσιν ἀρχόντων ὀχλήσεως εὐγνωμοῦντος εἰς ἁπλοῦν ἐστιν ἡ καταβολή. 27. Ἐπὶ δὲ τῶν εἰς τετραπλοῦν ἐχουσῶν τὴν καταδίκην ἐστὶν αὕτη ἡ διαφορά. ἡ γὰρ metus causa διενήνοχε τῶν λοιπῶν τοῦτο, ὅπερ σιωπηρῶς τῇ φύσει αὐτῆς παρέπεται. ἐὰν γὰρ ὁ ταύτῃ ἐναγόμενος κελεύσει τοῦ δικαστοῦ τὸ κατὰ βίαν ληφθὲν πρᾶγμα ἀποκαταστήσῃ τῷ ἐνάγοντι, ἀπολύεται, ὅπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀγωγῶν οὐχ οὕτως ἔχει. ἐπ' ἐκείνων γὰρ παντὶ τρόπῳ εἷς ἕκαστος εἰς τὸ τετραπλοῦν καταδικάζεται, οἷον ἐπὶ τῶν δύο in factum καὶ τοῦ ex lege condicticiu, ὅστις ἁρμόζει κατὰ ἐκβιβαστοῦ πλείονα τῶν νενομισμένων sportúlwn κομισαμένου, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς furti

26.

27.

---

1) M. L^6.: cet. $\bar{\eta}$. 2) τὸ ins. Vi. R. 3) τῷ ins. L^6. 4) τούτων cj. R. 5) αὕτη ins. L^2. 6) —ζεται M. L^2. L^6. 7) —ίᾳ L^6. 8) —ιεῖσθαι L^2.

litem habebam; misi ei libellum eius summae, quae mihi reuera debebatur. uiator autem, qui aureos II sportularum nomine consequi debebat, VIII aureos accepit. agetur cum eo ex lege condicticia et quadruplum VIII aureorum petetur.

26. 26. Diximus actiones furti nec manifesti, serui corrupti, legis aquiliae et depositi dupli condemnationem habere: interdum etiam legatorum fideiue commissorum petitionem, quae uenerabilibus locis relicta sint. inter has tamen actiones ea est differentia, quod furti nec manifesti seruique corrupti actiones omnimodo dupli sunt; siue quis infitietur siue fateatur; actio uero legis aquiliae et depositi in praedictis casibus aduersus infitiantes duplicantur; aduersus uero confitentes in simplum redduntur. in legato autem ecclesiis aliisue uenerabilibus locis relicto non solum cum quis infitiatur, dupli est aduersus cum condemnatio, set etiam cum reus tamdiu differt relicti solutionem, donec iussu competentium magistratuum conueniatur. in confitentem uero et antequam iussu magistratuum

27. conueniatur soluentem simpli redditur. 27. Inter actiones autem, quae quadrupli condemnationem habent, haec est differentia, nam actio de eo quod metus causa eo differt a ceteris, quod tacite eius natura continetur; ut si reus iussu iudicis rem ipsam ui ablatam restituat actori, absoluatur. quod in ceteris actionibus non ita est; in illis enim omnimodo quisque in quadruplum condemnatur: sicuti est in duabus in factum actionibus et in condictione ex lege, quae aduersus executorem competit, qui sportulas legitimis maiores

manifesti. 28. *Τῶν ἀγωγῶν αἱ μέν εἰσι* bonae fidei, *αἱ δὲ* 28.
strictai. *αἱ* bonae fidei *εἰσὶν αὗται* empti uenditi[1]), locati conducti, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae, commodati, pigneraticia, familiae erciscundae, communi diuidundo, praescriptis uerbis, *ἢ*[2]) *λεγομένη* aestimatoria. *χώρα δὲ αὐτῇ ἐστιν ἡνίκα διατιμησάμενος πρᾶγμα, οἷον κόσμιον ἢ ἕτερόν τι*[3]) *τοιοῦτον, παράσχω σοι ἐπὶ τῷ πολῆσαι εἰπὼν· ἢ φέρε μοι ϱ̄ νομίσματα ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡ ἑτέρα* praescriptis uerbis *ἥτις ἁρμόζει ἐπὶ τῆς* permutationos. hereditatis petitíωn· *εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ μέχρι τῆς σήμερον ἐστασιάζετο τοῦτο*[4]) *καὶ ἄδηλον ἦν, πότερον συναριθμεῖται τοῖς* bonae fidei *δικαστηρίοις ἢ οὐ συναριθμεῖται, ὅμως διάταξις τοῦ ἡμετέρου βασιλέως σαφῶς εἶναι ταύτην ἐκέλευσε τῶν* bonae fidei. 29. *Καὶ ἡ* reuxorias[5]) *πάλαι (ἥρμοζε δὲ αὕτη μετὰ* 29.
διάλυσιν τοῦ γάμου τῇ γυναικὶ κατὰ τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς ἐπὶ ἀναλήψει τῶν προικμαίων πραγμάτων) ἦν τῶν bonae fidei. *ἀλλὰ διάταξις τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ταύτην ἀνελοῦσα δέδωκε πρὸς ἀνάληψιν τῆς προικὸς τὴν* ex stipulatu *ὡς οὖσαν πλατυτέραν καὶ πᾶν τὸ τῆς* reuxorias *δίκαιον ἐπὶ ταύτην μετήγαγε καὶ*[6]) *τούτῳ τῷ θέματι τῶν* bonae fidei *τὴν* ex stipulatu *ἀπετέλεσεν. καὶ ἑτέρας πολλὰς διαιρέσεις ἐπινοήσας αὐτῇ τῇ* ex stipulatu *τῇ*[7]) *ἐπὶ*[8]) *ἀπαιτήσει τῆς*[9]) *προικὸς ἁρμοζούσῃ καὶ σιωπηρὰν δέδωκεν ὑποθήκην*[10]) *καὶ προτίμησιν παντὸς δανειστοῦ, εἰ καὶ πρεσβύτερός ἐστι τῷ χρόνῳ, ἀλλὰ τότε ἡνίκα βούλεται ἡ γυνὴ αὐτὰ τὰ ἐπιδοθέντα ὑπ' αὐτῆς λόγῳ προικὸς ἀναλαβεῖν. ὥστε οὖν ἐπὶ ἀπαιτήσει τῆς προγάμου*[11]) *δωρεᾶς ἤτοι τῆς διὰ γάμου*[12]) *γενομένης δωρεᾶς εἰ βουληθῇ χρήσασθαι τῇ* ex stipulatu, *τῶν αὐτῶν οὐ τεύξεται προνομίων.* 30. *Ἐπὶ τῶν* bonae fidei *δικαστηρίων ἐξουσία* 30.

---

1) ex empto uendito L[1]. F.: ex empt. ex u. Vi. R. 2) d. Vi. R. 3) d. L[6]. 4) ita M.: *αὕτη* Vi. R.: cet. d. 5) M.: *ϱεuξορία* L[1]. L[2]. L[6].: rei uxoriae Vi. F[1]. R.: res uxoria F[2]. 6) *ἐν* ad. cj. R. 7) d. Vi. R. 8) *ἐπὶ τῇ* F. 9) d. Vi. F[1]. R. 10) [*τῇ* ex stip. ad. L[6]. Vi. R.] *ἐπὶ τῆς* [d. L[6]. Vi. R.] *ἀπαιτήσεως τῆς προικός* ad. libri. ed. 11) *—ιαίας* Vi. R. 12) *—ον* Vi. R.

28. exegerit, sicuti et in actione furti manifesti. 28. Actionum autem quaedam bonae fidei sunt, quaedam strictae. bonae fidei sunt hae: ex empto uendito, locati conducti, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelae, commodati, pigneraticia, familiae erciscundae, communi diuidundo, praescriptis uerbis, quae aestimatoria uocatur. locus autem ei est, cum rem aestimatam, ueluti ornamentum uel aliud quidlibet eiusmodi, tibi uendendam tradam dicens: aut C aureos aut rem ipsam mihi restituas. est alia quoque actio praescriptis uerbis, quae ex permutatione competit. item hereditatis petitio. quamuis enim usque adhuc ambigeretur atque incertum esset, utrum inter bonae fidei iudicia connumeranda esset necne, imperatoris tamen nostri constitutio
29. aperte eam esse bonae fidei definiuit. 29. Rei quoque uxoriae actio (quae post nuptias solutas uxori competebat aduersus uirum ad dotales res repetendas) erat bonae fidei. set constitutio principis nostri, ea sublata, ad dotem repetendam actionem ex stipulatu, utpote pleniorem, dedit et omne ius rei uxoriae actionis ad eam transtulit. et cum plures alias inuenisset differentias, actioni ex stipulatu, quae ad dotem exigendam competit, tacitam hypothecam dedit in dotis exactione et praeferri mulierem iussit omnibus creditoribus, licet tempore priores sint. quod tunc demum optinet, cum mulier ea quae dotis nomine dedit repetat, et ideo si ad donationem ante nuptias uel propter nuptias persequendam actione ex stipulatu experiri uelit, non iisdem fruetur priui-
30. legiis. 30. In bonae fidei iudiciis potestas permittitur iudici

δίδοται τῷ δικάζοντι ἐκ τοῦ καλλίστου καὶ[1]) δικαίου κρίνειν, ὅσον τῷ actori τὸν reon ἀποκαταστῆσαι χρή. μέρος δὲ τῆς ἐξουσίας[2]) ἐκείνης τοῦ δικαστοῦ ἐστι καὶ τοῦτο. ἐὰν γάρ τις κινεῖ κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴν bonae fidei δέκα με ἀπαιτῶν νομίσματα, ἀντεποφείλει δέ μοι ε̄ νομίσματα, compensateúsas[3]) ὁ δικαστὴς ἅπερ ἐκεῖνος ἀντεποφείλει μοι, οὐκ[4]) εἰς[5]) τὰ ῑ νομίσματα, ἀλλ' εἰς[6]) ε̄ με καταδικάσει. Compensatiωn ἐστὶν ὁ[7]) ἀντέλλογος τουτέστι τὸ ἀντελλογίσασθαι[8]) τὰ ἐποφειλόμενα. ταῦτα μὲν οὖν ἡ φύσις βούλεται τῶν bonae fidei δικαστηρίων. ἐπὶ δὲ τῶν strictωn, ἐπειδὴ τῆς ἀκριβείας αὐτῆς γίνεται λόγος, εἰ κινῶν τις κατ' ἐμοῦ περὶ[9]) ῑ[10]) τυχὸν νομισμάτων[11]), εἰ καὶ ἀντεποφείλει μοι[12]) ε̄ νομίσματα, εἰς τὰ ι οὐδὲν ἧττον καταδικασθήσομαι. καὶ ταῦτα μὲν, ὅσον ἐκ τῆς ἀκριβείας αὐτῆς. διάταξις δὲ γέγονε Márcu τοῦ βασιλέως, ἥτις φησὶν ἐναγόμενόν με strictᾳ ἀγωγῇ περὶ ῑ νομισμάτων[13]) καὶ ἀντεποφειλόμενον ε, δύνασθαι ἀντιτιθέναι[14]) τῇ ἐναγωγῇ[15]) τὴν τοῦ δόλου παραγραφὴν. καὶ τῆς τοιαύτης ἀντιτεθείσης παραγραφῆς, χώρα δίδοται τῷ δικαστῇ δέξασθαι τὴν compensatiοna καὶ εἰς ε̄ μόνα καταδικάσαι νομίσματα. ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῶν παλαιοτέρων διατάξεων· ἡ δὲ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως παρακελεύεται διάταξις τὰς σαφεῖς καὶ ἀναμφιβόλους compensationas ipso iure μειοῦν τὴν ἀγωγὴν, εἴτε in rem ἐστὶν, εἴτε personalia. οἷον, ἔχει τις κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴν ἢ strictan ἢ καὶ bonae fidei περὶ ῑ νομισμάτων[16]), ἀντεποφείλει[17]) μοι γ̄ νομίσματα· αὐτῷ τῷ νόμῳ ἅμα τῷ ἀντεποφειληθῆναι ἡ κατ' ἐμοῦ ἀγωγὴ μειοῦται τρισὶ νομίσμασιν, ὡς μηκέτι μὲ ι, ζ̄ δὲ μόνον ἐποφείλειν νομίσματα. εἶπον δὲ ταῦτα χώραν ἔχειν[18]) ἐπὶ πάσης in rem καὶ personalias, ἐξῃρημένης μόνης τῆς depositi. ἐὰν γάρ τις παράθηταί μοι ῑ νομίσ-

---

1) τοῦ ins. Vi. F. R. 2) ἐλευθέρας ad. L⁶. Vi. R.: ἐλευθερίας L². 3) scr. M.: κομπεσσ. libri. ed. 4) οὐχὶ L⁶. 5) αὐτὰ ins. L⁶. 6) τὰ ins. L¹. Vi. F. R. 7) d. L¹. L². F. 8) ἀντελογίσθαι M. 9) d. M. 10) d. L¹. L². F. 11) M. L⁶.: cet. νομ. τυχ. 12) d. Vi. R. 13) νν. ῑ L⁶. 14) —θεῖναι L⁶. 15) ἀγ. Vi. F¹. R. 16) νν. ῑ L⁶. 17) d. L⁶. 18) —ει F.

ex bono et aequo aestimandi, quantum actori reus restituere debeat. cuius iudicis potestatis pars haec est, quod si quis bonae fidei iudicio mecum agat X aureos a me petens, debeat autem mihi inuicem aureos V, iudex id compensans, quod illum mihi inuicem debet, non in X aureos, set in V me condemnabit. compensatio est autem ratio illa imputandi, quae inuicem debentur. nam id bonae fidei iudiciorum natura exigit. in strictis autem iudiciis, quoniam ibi ipsa iuris suptilitas uersatur, si quis a me X aureos forte petat, cum ipse mihi V inuicem debeat, nihilominus in X aureos sum condemnandus. haec quidem quod ad meram suptilitatem. constitutio autem prodiit diui Marci, qua cauetur, ut si stricto iudicio X aureos a me quis petat, cum ipse inuicem V debeat, doli mali exceptionem ei opponere possim. tali uero exceptione opposita, potestas datur iudici compensationem recipiendi et me in V tantummodo aureos condemnandi. id uero ex antiquioribus constitutionibus. constitutio autem principis nostri disposuit, ut compensationes apertae atque certae ipso iure actionem minuant, siue in rem siue personalem. ut ecce competit alicui aduersus me actio siue stricta siue bonae fidei de X aureis; is autem debet mihi inuicem aureos tres; ipso iure, simul atque is mihi debere incipit, actio quae aduersus me competit tribus aureis minuitur, ita ut ego non iam X, set VII aureos debere uidear. dixi id locum habere in omnibus actionibus siue in rem, siue personalibus: excepta sola depo-

ματα, ἀντεποφείλῃ δέ μοι τρία, κινήσει[1]) κατ' ἐμοῦ τὴν depositi, τὰ ī νομίσματα μεθοδεύων. ἀτοπώτατον γὰρ ἐνόμισεν ὁ θειότατος ἡμῶν βασιλεὺς, ἀντιτίθεσθαι[2]) compensationa καὶ προσχήματι ταύτης τῶν παρατεθέντων πραγμάτων μὴ γίνεσθαι τὴν ἀπαίτησιν εἰς[3]) ἀκέραιον. 31. Εἰσὶ δέ[4]) τινες ἀγωγαὶ, ἃς arbitrarias προσαγορεύομεν διὰ τὸ τῆς κρίσεως ἠρτῆσθαι τοῦ δικαστοῦ, ἐν αἷς, εἰ μὴ τῇ[5]) μεσιτείᾳ καὶ τῇ κελεύσει τοῦ δικαστοῦ ὁ réos ἀποκαταστήσῃ ἢ εἰς μέσον[6]) παραστήσῃ ἢ καταβάλῃ ἢ εἰς nóxan δῷ τὸν οἰκέτην ἢ τὸ πρᾶγμα τῷ áctori, καταδικάζεται πάντως. τοῦτο δὲ ποιήσας καὶ ἀποκαταστήσας ἢ ἕν τι τῶν εἰρημένων πράξας, διαφεύγει τὴν καταδίκην διὰ τὸ ἰδικῶς ἐγκεῖσθαι ταῦτα ταῖς ἀγωγαῖς. εἰσὶ δὲ αὗται αἱ μὲν in rem, αἱ δὲ personáliai. in rem οἷον ἡ publicianή. κινῶ δὲ ταύτην ἐὰν τοῦ bona fide κατεχομένου καὶ usucapiteuoménu ἐν τῷ μεταξὺ ἐκπέσω. καὶ ἡ seruianὴ δέ ἐστι τοιαύτη, ἣν κινῶ κατὰ τῶν πραγμάτων τοῦ colónu, ὅς ἐπὶ τῷ μισθώματι τοῦ ἀγροῦ ὑπέθετό μοι τὰ ἐκεῖ εἰσαχθέντα[7]) ὑπ' αὐτοῦ πράγματα. ἔστι δὲ καὶ ἡ quasi seruianὴ, ἥτις ὑποθηκαρία προσαγορεύεται, παντὶ[8]) creditori παρεχομένη ἐπὶ ἐκδικήσει τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων. μιᾶς γὰρ τούτων κινουμένης, ἐὰν ὁ réos κελεύσει πεισθεὶς τοῦ δικαστοῦ ἀποκαταστήσῃ τὸ πρᾶγμα πρὸ καταδίκης, absolutionos τεύξεται. personáliai δέ εἰσιν arbitráriai[9]) ἡ metus causa καὶ de dolo. metus causa δὲ[10]), ἣν κινῶ κατὰ σοῦ τὸ παρ' ἐμοῦ βίᾳ ἀφαιρεθὲν ἀπαιτῶν σε· ἐὰν γὰρ πεισθεὶς τῷ δικαστῇ ἀποκαταστήσῃς μοι τὸ πρᾶγμα, τὴν τοῦ τετραπλοῦ καταδίκην[11]) ἐκκλίνεις, καὶ ἡ de dolo[12]) τοιαύτη· οἷον ἐδελέασας τυχὸν μεθύσας με ἢ καὶ ἑτέρως πῶς ἀπατήσας καὶ παρεσκεύασάς με τὸ ἐμὸν πρᾶγμα[13]) traditeûsai σοι. τελευ-

---

1) δὲ ad. L⁶. Vi. F¹. R. 2) τὴν om. cum. M. 3) δ. F. 4) δ. Vi. F. R. 5) d. Vi. R. 6) μέρος L⁶. 7) M.: cet. εἰσενεχθ. 8) τῷ ins. Vi. R. 9) ἔχουσιν ἀρβιτραρίας L². L⁶. 10) ad. M. δέ ἐστιν ad. Vi. R. 11) τῆς . . . . δίκης M. 12) δὲ ins. L¹. L². L⁶. Vi. R. 13) δ. L⁶.

siti actione: nam si quis aureos X apud me deponat et III mihi inuicem debeat depositi mecum aget X aureos petens. absurdum enim putauit sacratissimus imperator noster opponi compensationem et eius praetextu depositarum rerum
31. exactionem in solidum non fieri. 31. Sunt quaedam actiones, quas arbitrarias appellamus, quia ex arbitrio iudicis pendent; in quibus nisi reus arbitrio et iussu iudicis restituat uel exhibeat uel soluat uel noxae det seruum actori, omnino condemnatur; quod si id agat atque restituat aut aliud quod libet praedictorum faciat, condemnationem effugit. id enim his actionibus specialiter inesse creditur. sunt autem tam in rem, quam in personam. in rem: ueluti publiciana. hac uero experior, si eam rem, quam bona fide usucapturus possidebam, medio tempore amittam: est eiusmodi etiam seruiana, quam exerceo in rebus coloni, qui pro fundi mercede res a se in eum introductas obligauit. est et quasi seruiana (quae etiam hypothecaria uocatur), omni creditori competens ad res obligatas persequendas. nam si qua horum actionum exerceatur et reus iussu iudicis rem ante condemnationem restituat, absolui debebit. In personam autem sunt arbitrariae actiones de eo quod metus causa et de dolo. de eo, quod metus causa factum est, agere tecum possum rem ui mihi ablatam a te petens; nam si iudici parens rem mihi restituas, quadrupli condemnationem uitabis. doli autem actio eiusmodi est; uino me forte obrutum aut aliter deceptum illexisti, ut rem meam tibi traderem. mei tandem factus

ταῖον ἐγὼ ἀναλαβὼν ἐμαυτῷ κινῶ κατά σου τὴν de dolo καὶ, εἰ πρὸ καταδίκης ἀποκαταστήσῃς μοι τὸ πρᾶγμα, ἐκφεύγεις τὴν καταδίκην καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐπαγομένην ἀτιμίαν. καὶ ἡ ad exhibendum δὲ ἀγωγὴ arbitraria ἐστίν. ἐὰν γὰρ ἀποκρύπτῃς πρᾶγμα, ἀποκαταστήσας οὐκέτι καταδικασθήσῃ. ἐπὶ πασῶν τοίνυν τούτων τῶν ἀγωγῶν καὶ τῶν ὁμοίων ἐπιτέτραπται τῷ δικαστῇ ἐκ τοῦ καλλίστου καὶ τοῦ δικαίου κατὰ τὴν μιᾶς ἑκάστης ἀγωγῆς φύσιν, διατιμήσασθαι καὶ κρίναι τίνα τρόπον τὸ ἱκανον γενέσθαι τῷ actori προσήκει. 32. Καὶ παραινοῦμεν 32.
τῷ δικαστῇ, καθὼς αὐτῷ δυνατὸν, εἰς certan ποσότητα ἤτοι εἰς certon πρᾶγμα ποιήσασθαι[1]) τὴν καταδίκην, εἰ καὶ incerta ἐστὶν ἡ παρ' αὐτῷ κινουμένη ἐναγωγὴ[2]), καὶ λέγειν· »καταδικάζω τόνδε εἰς ϙ νομίσματα« ἢ »καταδικάζω τόνδε εἰς τόδε τὸ πρᾶγμα«, οὐ μὴν ἀποφαίνεσθαι[3])· »ὅσον ἂν εὑρεθῇ ἐποφείλων«. εὑρεθήσεται γὰρ[4]) ἡ τοιαύτη καταδίκη οὐ πέρας γινομένη φιλονεικίας ἀλλ' ἑτέρας[5]) δίκης ἀρχή. 33. Παραινοῦμεν[6]) δὲ καὶ[7]) τῷ actori αὐτὴν τὴν intentiona 33.
[καὶ τὴν ἐναγωγὴν[8])] εἰς τὸ ἀληθὲς ποιήσασθαι[9]) χρέος. εἰ γὰρ ἀπύθοιτο[10]) πλείονα ποσότητα ὧν ἐποφείλεται, οἷον[11]) ι[12]) ἐποφειλόμενος περὶ ιε ἐκίνησεν, οὐ μόνον τὰ περιττὰ οὐ λήψεται ε, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀληθῶν ἐποφειλομένων αὐτῷ ι ἐκπίπτει. οὕτως δὲ[13]) ὁ ὅρος plus petitionos τὸ ψεῦδος ἀναμίξαι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ οὐδὲ βοηθεῖται οὐδὲ εὐχερῶς τῆς εἰς ἀκέραιον ἀποκαταστάσεως ἀπολαύσει, εἰ μὴ ἄρα ἐλάττων ἐστὶ τῶν κε ἐνιαυτῶν. τῷ γὰρ ἀφήλικι καὶ ὥσπερ[14]) ἐν ἄλλαις[15]) αἰτίαις causa cognita [τουτέστι τὴν αἰτίαν διαγνοὺς[16])] καὶ εὑρὼν αὐτὸν διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας ἑαυτὸν περιγράψαντα ὁ prætor αὐτῷ συντρέχει, οὕτω κἀνταῦθα τῆς

---

1) —εῖσθαι Vi. R. 2) ἀγ. L⁶. 3) M.: cet. — φαίνεσθαι. 4) καὶ γὰρ εὑρ. L⁶. 5) φιλονεικίας καὶ ins. Vi. R. 6) — μαι omn. praet. M. 7) δ. Vi. R. 8) gloss. uidetur. 9) περιποιεῖσθαι Vi. R. ποιεῖσθαι F¹. 10) —δοιτο M. —θητο F. 11) εἰς ins. Vi. R. 12) νομίσματα ins. Vi. R. 13) L⁶.: cet. τε set L².: ὡς αὐτὸς. 14) ὥσπ. καὶ L¹. Vi. F. R. 15) πολλαῖς ad. L¹. L². L⁶. 16) dele.

compos, tecum de dolo agam et, si ante condemnationem rem mihi restituas, condemnationem uitabis et infamiam, quae inde oritur. ad exhibendum quoque actio arbitraria est. nam si rem quam antea occultabas exhibeas, non eris condemnandus. in his enim omnibus actionibus et ceteris similibus permittitur iudici ex bono et aequo secundum cuiusque actionis naturam aestimare et iudicare quemadmodum actori satis-
32. fieri conueniat. 32. Iudicem quoque hortamur ut, quatenus fieri potest, reum in certam summam uel certam rem condemnet, etiam si incerta sit apud eum intentio concepta: et ita dicat: »illum condemno in C aureos« uel 'illum in hanc rem condemno'; neque sic ferat sententiam: 'quantum illum debere apparuerit': eiusmodi enim sententia non tam controuersiae huius finis uideretur, quam alterius
33. litis initium. 33. Actorem quoque hortamur, ut intentionem in id, quod ei reuera debetur concipiat. nam si amplius petat quam ei debeatur, (ueluti si cum X ei deberentur, in XV intenderit) non solum quinque, quae non debebantur, non consequetur set ea quoque decem, quae reuera debebantur, perdit. ea autem plus petitionis definitio est: falsa ueris commiscere. neque adiuuatur, neque facile in integrum restitutione fruetur, nisi minor sit XXV annis. minori enim, sicut in aliis causis causa cognita et intellegens eum deceptum esse aetatis lubrico praetor succurrit, ita et in hac causa

ὁμοίας αὐτὸν κατὰ τὸ συνηθὲς ἀξιοῖ βοηθείας. ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῖς τελείοις δίδωσι τὴν ἀποκατάστασιν ἡνίκα μεγίστη καὶ εὔλογος αἰτία πρόφασιν παράσχῃ τῇ πλάνῃ, ὥστε καὶ τὸν σφόδρα συνετὸν[1]) ἀπαιτηθῆναι, οἷον ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ[2]) θέματος. τελευτῶν τις καὶ ἔχων $\overline{\upsilon}$ νομισμάτων περιουσίαν ἐνεστήσατό με κληρονόμον. ἐληγάτευσε Primῳ νομίσματα $\overline{\rho}$[3]), Secundῳ $\overline{\rho}$[4]). ἐπιζήσας τῇ ποιήσει τῆς διαθήκης ἔγραψε codicillon, ἐν ᾧ codicillῳ[5]) κατέλιπε Tertiῳ καὶ Quártῳ ἀνὰ $\overline{\rho}$ νομίσματα. ὀφείλεις δὲ εἰδέναι ὅτι ὁ falcidios ipso iure ἀποmειοῖ[6]) τὸ ληγατευθὲν ὑπὲρ τὸ ἐνναούγκιον καὶ εἰς τοῦτο περιϊστησιν, ὡς μηδὲ δοκεῖν αὐτὸ καταλελεῖφθαι. εἰ τοίνυν μετὰ τοῦ testátoros τελευτὴν ἀνεῴχθη ἡ διαθήκη, διελάνθανον δὲ οἱ codicilloi καὶ οὐδεὶς ἠπίστατο τῶν ληγαταρίων ὅτι γεγόνασι, μετὰ δὲ τὴν ἐμὴν aditiona ἔλθῃ ὁ Prîmos εἰδὼς ὅτι $\overline{\upsilon}$[7]) νομισμάτων ἐστι περιουσία καὶ νομίσας μόνα $\overline{\sigma}$[8]) λεληγατεῦσθαι καὶ μὴ ἔχειν ἐμὲ[9]) μόνον τὸ τέταρτον ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὸ $\overline{\delta}$[10]) κινήσῃ κατ' ἐμοῦ ὑπὲρ $\overline{\rho}$ νομισμάτων, τουτέστιν ἀκέραιον ἀπαιτῶν τὸ ληγάτον, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἀναφανῶσιν οἱ codicilloi, ἐν οἷς ἦσαν καταλειφθέντα Tertiῳ καὶ Quártῳ $\overline{\sigma}$ νομίσματα ἢ καὶ μέρος τῶν ληγατευθέντων Primῳ adempteuθὲν καὶ ἐντεῦθεν δειχθῇ, ὡς πλέον τῶν ἐποφειλομένων κατὰ τὸ ἄληθες ἀπήτησεν ὁ Prîmos, διὰ τὴν εὐλογωτάτην αἰτίαν καὶ συγγνωσθήσεται καὶ τὰ $\overline{\sigma\varepsilon}$ νομίσματα λήψεται καὶ οὐδὲν βλαβήσεται, εἰ καὶ δέον κινῆσαι περὶ $\overline{\sigma\varepsilon}$ ἐκίνησε περὶ $\overline{\rho}$. 33a. Ἡ δὲ plus petitiωn[11]) κατὰ $\overline{\delta}$ ἁμαρ- 33a.
τάνεται τρόπους· πράγματι χρόνῳ τόπῳ αἰτίᾳ. πράγματι, οἷον ἐάν τις ἀντὶ ῑ νομισμάτων ἐποφειλομένων αὐτῷ $\overline{\kappa}$ ἀπαιτήσῃ· ἢ[12]) ἐὰν τὸν ἀγρὸν, οὗ δεσπότης ὑπῆρχον κατὰ τὸ ἥμισυ, ὑπό[13]) σου διακρατούμενον ἀπαιτήσω διὰ τῆς in

---

1) συν. σφ. L^6. 2) d. Vi. R. 3) $\overline{\rho}$ νν. L^1. L^2. L^6. 4) νν. ad. L^1. L^2. L^6. 5) d. F. 6) μειοῖ Vi. R. 7) $\overline{\eta}$ F. 8) M. L^2.: cet. $\overline{\sigma}$ μ. 9) μὴ h. l. omn. praet. M. 10) καὶ ins. L^1. L^2. L^6. Vi. R. 11) scr. M. 12) καὶ ad. Vi. R. 13) ἀπὸ L^2. F.

subuenire ei solet. interdum maiores quoque in integrum restituit, si magna et iusta causa errori occasionem dederit, ut etiam prudentissimus quisque labi posset; ueluti in hac specie. moriens quis, qui CCCC aureorum patrimonium habebat, instituit me heredem. legauit Primo aureos C, Secundo C. post testamentum factum superuiuens codicillum scripsit, quo Tertio et Quarto singulis centenos aureos reliquit. admonendus es falcidiam ipso iure id minuere, quod ultra dodrantem legatum est, idque perinde efficere, ac si nunquam legatum esse uideretur. si ergo post testatoris mortem aperiatur testamentum et lateant codicilli, quos extare legatariorum nemo sciat, ac postquam adierim, ueniat Primus, sciens CCCC aureorum esse patrimonium, et putans CC solum legatos esse, meque non solum quadrantem habere sed etiam amplius quadrante, et petat a me C aureos, idest integrum persequatur legatum, et interim appareant codicilli, quibus Tertio et Quarto singulis centeni aurei sint relicti, uel etiam pars legati Primo adempta sit, unde Primus plusquam ei reuera deberetur petisse uideatur, propter causam ualde probabilem ueniam consequetur et LXXV aureos accipiet, neque damnum sentiet, licet, cum LXXV petere debuerit, C
33a. petierit. 33a. Plus autem petitio, quattuor modis committitur: re tempore loco causa. re, ueluti si quis pro X aureis, qui ei debentur, XX petat: aut si fundum, cuius ex parte

rem *λέγων τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας πάντα τὸν ἀγρὸν ἤγουν κατὰ τὸ δίμοιρον μέρος.* 33b. *Χρόνῳ* plus petiteúω *οἷον* 33b.
ἐὰν in diem *ἐποφειλόμενον ἢ ὑπὸ αἵρεσιν*[1]) *πρὸ τῆς ἡμέρας ἢ πρὸ τῆς αἱρέσεως ἐκβάσεως ἀπαιτήσω· ὥςπερ γὰρ ὁ βραδέως τουτέστι μετὰ χρόνον καταβαλὼν, ἔλαττον δοκεῖ καταβάλλειν, οὕτω καὶ ὁ πρὸ τοῦ χρόνου ἀπαιτῶν* plus petiteúei[2]).
33c. *Τόπῳ δὲ* plus petitiωn *ἁμαρτάνεται, οἷον ἐὰν τὸ ἐπο-* 33c.
φειλόμενόν μοι ἐν φανερῷ τόπῳ καταβληθῆναι, ἐν ἑτέρῳ ἀπαιτήσω τόπῳ μνήμην μὴ ποιησάμενος τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τὸ χρέος ἔδει μοι καταβληθῆναι. οἷον ὡς ἐπὶ θέματος· ἠρώτησά σε οὕτως· »ὁμολογεῖς δοῦναί[3]) *μοι ἐν Ἐφήσῳ ϱ̄ νομίσματα«; ὅσον ἀπὸ τῆς πολιτικῆς νομοθεσίας, οὐ δύναμαί σε ἀπαιτεῖν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, εἰ μὴ ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφέσῳ. ἔξωθεν γὰρ ἀπαιτῶν σε τῆς Ἐφέσου τόπῳ* plus petiteúω. *ἐὰν γὰρ εὑρεθῇς ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ* púrωs *κινήσω κατά σου, τουτέστι*[4]) *μὴ μνησθεὶς τῆς Ἐφέσου, εἰσάγεται ἡ* plus petitiωn. *ἀλλ' ἐπειδὴ συνέβαινέ σε μηδέποτε ἀπαιτεῖσθαι, οὔτε ἐν τῇ Ἐφέσῳ διὰ τὸ μὴ εὑρίσκεσθαί σε*[5]) *ἐν αὐτῇ, οὐδὲ ἐκτὸς τῆς Ἐφέσου διὰ τὴν* plus petitiona, *τούτου χάριν ὁ* praćtωr *ἐπενόησε*[6]) *τοιαύτην ἐναγωγήν. δέδωκε γάρ μοι ἐξουσίαν εἰ*[7]) *καὶ ἐκτὸς ὄντι τῆς Ἐφέσου*[8]) *κινεῖν κατά σου, μόνον μέντοι ἵνα μνήμην ποιήσωμαι*[9]) *τῆς Ἐφέσου καὶ διαφύγω τὴν* plus petitiona. *ἐὰν γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ κινήσω κατά σου λέγων· »εἰ φαίνεται*a) *τὸν ἀντίδικον χρῆναι δοῦναί μοι ϱ̄ νομίσματα ἐν Ἐφέσῳ«, οὐ δοκῶ* plus petiteúein[10])· *εἰ δὲ* púrωs, *τουτέστι μνήσης μὴ γινομένης*[11]) *τῆς Ἐφέσου, εἰσάγεται* plus petitiωn. *ἀφαιροῦμαι γὰρ τὸ διαφέρον καὶ τὸ κέρδος, οὗπερ*[12]) *ἤμελλε τυγχάνειν ὁ ἐπερωτηθείς, εἰ κατέβαλεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ (ἐσθ' ὅτε γὰρ εὐχερὴς ἦν αὐτῷ ἡ τῶν χρημάτων*[13]) *καταβολὴ ἐν τῇ Ἐφέσῳ,*

---

1) —σεως Vi. R. 2) —ειν Vi. R. 3) *διδόναι* L². L⁶. Vi. R. 4) d. L⁶. 5) *δ.* Vi. R. 6) *τὴν* ad. Vi. R. 7) d. Vi. F¹. R. 8) M. L¹. L².: cet. *τῆς Ἐφ. ὄντι.* 9) —σω Vi. R. 10) *οὐ δοκ.* h. l. L⁶. 11) *μὴ γεν. μν.* L⁶. 12) *οὗ* L⁶. 13) *ἡ* h. l. Vi. F¹. R.

a) ita et Lenel Edictum p. 191.

dimidia sum dominus, a te possessum uindicem, dicens totum
33b. fundum aut ex duabus partibus meum esse. 33b. Tempore autem plus peto, si id quod in diem uel sub condicione debetur ante diem uel ante condicionis euentum petam. qua enim ratione qui tardius, idest post tempus, soluit, minus soluere intellegitur, eadem ratione qui maturius petit, plus petit.
33c. 33c. Loco plus petitio committitur, ueluti si id, quod certo loco mihi solui debet, alio loco petam sine commemoratione eius loci, quo debitum mihi soluendum erat. ut ecce, uerbi gratia, ita a te sum stipulatus: 'Ephesi C aureos mihi dare spondes?'; quod ad ius ciuile, non possum a te alio loco petere, quam Ephesi: extra enim Ephesum petens loco plus peto. si ergo Romae degas et ego a te pure petam, idest sine Ephesi commemoratione, plus petitio inducitur. set cum ita fieret, ut ego a te nunquam petere possem, cum nunquam Ephesi esses (neque enim Ephesi petere poteram, cum ibi nunquam inueniendus esses, neque extra Ephesum, ne in plus petitionem inciderem), ideo praetor hanc intentionem proposuit. facultatem enim mihi dedit extra Ephesum quoque a te petendi, commemoratione tamen Ephesi facta, ut ita plus petitionem uitem. si enim Romae aduersus te ita intendam: 'si paret aduersarium Ephesi C aureos mihi dare oportere': plus petere non uideor. sin autem pure petam, idest mentione Ephesi non facta, plus petitio committitur. adimo enim utilitatem et lucrum, quam haberet promissor si Ephesi solueret. forte enim facilis

ἐκτὸς δὲ τῆς Ἐφέσου δυσχερεστάτη). καὶ οὐ δεῖ καταδικάζεσθαι εἰς τὰ ϙ νομίσματα αὐτὸν ἐκτὸς τῆς Ἐφέσου· δεῖ γὰρ ἐξαιρεθῆναι τῶν ϙ νομισμάτων τοσαῦτα, ὅσα ζημιοῦται ἐκτὸς τῆς Ἐφέσου καταβαλών. τυχὸν γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ χρέος καταβαλεῖν ἀναγκαζόμενος, δαπανᾷ κ' νομίσματα εἰς τὸ περιποιῆσαι ἑαυτῷ τὴν ποσότητα, ἣν ἐχρῆν μοι δοθῆναι καὶ διὰ τοῦτο οὐ καταδικάζεται εἰς τὰ ϙ, ἀλλ' εἰς τὰ[1]) π. ἐν ᾧ δὲ οὐ μνημονεύω τῆς Ἐφέσου ἐν τῇ δίκῃ ἐκτὸς κινῶν τῆς Ἐφέσου, ἐπειδὴ παρασκευάζω αὐτὸν εἰς ϙ νομίσματα καταδικασθῆναι (ἡ γὰρ pura ἐναγωγὴ τὴν τοῦ διαφέροντος ἐξέτασιν ἀναιρεῖ) διὰ τοῦτο plus petiteúω. τοῦτο δὲ τὸ διαφέρον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἐκ τῶν πιπρασκομένων φορτίων μεγίστην δέχεται διαφοράν, οἷον ἐλαίου σίτου οἴνου[2]), ἅτινα καθ' ἕκαστον κλῖμα διάφορον ἔχει τίμημα. ἀπαιτούμενος γὰρ ἐν τῇ Ῥώμῃ ϙ νομίσματα καὶ τὰ προσόντα μοι φορτία διαπωλεῖν ἀναγκαζόμενος ἐσθ' ὅτε λήψομαι ὑπὲρ αὐτῶν ϙ νομίσματα μόνον[3]). εἰ δὲ ἐν τῇ Ἐφέσῳ ταῦτα διεπίπρασκον, ἐλάμβανον ἂν ϙκ νομίσματα. οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς[4]) τοῖς ἀργυρίοις τὸ διαφέρον ἐκ τῶν κλιμάτων εἰσάγεται. οὐδὲ γὰρ[5]) οἱ αὐτοὶ ἐν παντὶ κλίματι[6]) τόκοι ἀπαιτοῦνται. ἐν μὲν γὰρ Ῥώμῃ πολλῶν ὄντων τῶν δανειζόντων, ἐσθ' ὅτε παρὰ τοῦ δανείζοντός μοι ἀπαιτοῦμαι τὸ δ μέρος τῆς ἑκατοστῆς, ὅπερ συντείνει εἰς γ νομίσματα· ἐν δὲ τῇ ἐπαρχίᾳ διὰ τὸ ὀλίγους εἶναι τοὺς δανείζοντας δανεισάμενος ἐγὼ ἐπὶ τῷ καταβαλεῖν σοι ἀπαιτοῦμαι λόγῳ τόκων τὸ ἥμισυ τῆς ἑκατοστῆς, τουτέστιν ρ νν. ὥστε οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ποσότητος τῶν τόκων τὸ διαφέρον ποιεῖ τὰ κλίματα. διὰ τοῦτο οὖν ἀνάγκη[7]) μεμνῆσθαι τῆς Ἐφέσου ποιούμενον τὴν ἐναγωγήν, ἵνα τὸ διαφέρον σκοπηθῇ. εἰ δὲ συμβῇ σε τὸν ἐπερωτηθέντα εὑρεθῆναι κατὰ τὴν Ἔφεσον, pura ὀφείλει γίνεσθαι κατά σου ἡ ἐναγωγή· κινῶν γὰρ ἐν τῇ Ἐφέσῳ οὐκ ὤφειλες[8]) μνήμην ποιήσασθαι[9]) τοῦ τόπου.

[1]) d. L^1. L^2. L^6. Vi. R. [2]) M.: οἶν. ἐλ. οἰτ. L^1. L^2. L^6. οἶν. σ. ἐλ. Vi. F. R. [3]) μόνα ϙ νν. L^6. [4]) d. L^6. [5]) ἀλλ' οὐκ L^2. L^6. [6]) οἱ αὐτοὶ h. l. omn. praet. M. [7]) —αῖον Vi. R. [8]) M.: ὀφείλεις cet. [9]) τοῦ ὀνόματος ins. Vi. R.

erat ei pecuniae numeratae solutio Ephesi: extra Ephesum autem perdifficilis: neque oportet eum extra Ephesum in C aureos condemnare: a C ergo aureis tantum est deducendum, quanti eius interest Ephesi soluere. forte enim coactus Romae debitum soluere XX aureos impendit ad summam comparandam, quam mihi dare oportebat; et ideo non in C aureos condemnabitur, set in LXXX. Ephesi autem nulla commemoratione in actione facta, cum extra Ephesum agam, quod eum in C aureos condemnari curo (pura enim intentio eius quod interest aestimationem fieri non sinit), ideo plus peto. haec autem utilitas plerumque in uenditis mercibus magnam recipit differentiam, ueluti uino frumento oleo, quae per singulas regiones diuersa habent pretia. nam si C aurei Romae a me petantur, et cogar merces, quas habeo, distrahere, redigam ex his forte dumtaxat aureos C; cum si Ephesi eas distraherem, CXX aureos redigerem. neque in mercibus solum, set etiam in ipsa pecunia numerata per singulas regiones est differentia. non enim in omnibus regionibus eadem est usurarum ratio. Romae enim, plerisque fenus exercentibus, usurae forte quadrantes a me exigentur, idest terni aurei pro centenis: in prouincia autem, perpaucis ibi pecunias credentibus, si pecuniam mutuam accipiam, ut tibi soluam, dimidium centesimae, idest senos aureos pro centenis praestare debebo. itaque etiam in usurarum ratione differentiam singulae regiones inducunt. ideo ergo oportet Ephesi mentionem habere, ut id quod interest perspici possit. sin autem te debitorem meum Ephesi possum inuenire, pure intendam; nam cum Ephesi agas, loci mentionem facere non

ἰσοδυναμεῖ γὰρ τῇ μνήμῃ τοῦ τόπου ἡ ἔν τινι τόπῳ γινομένη ἐναγωγή. καὶ πρόδηλον ὅτι ἐν τῇ Ἐφέσῳ κινουμένου τοῦ δικαστηρίου καλῶς[1]) τὸ διαφέρον αὐτοῦ τοῦ τόπου σκοπηθήσεται. 33 d. Ἔοικε τῷ plus petiteúonti[2]) τόπῳ καὶ ὁ αἰτίᾳ 33 d.
5 plus petiteúwn. καὶ πῶς αἰτίᾳ γίνεται plus petitiwn[3]); τοῦτο συμβαίνει ἐπὶ τῆς alternationos. [Alternatiωn δέ ἐστιν[4]) ἐπαμφοτερισμός·] οἷον ἐπηρώτησά σε· »ὁμολογεῖς διδόναι μοι Στῖχον τὸν οἰκέτην ἢ ῑ νομίσματα«; καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθον μονοειδῶς τὰ ι νομίσματα ἀπαιτῶν· αἰτίᾳ[5])
10 plus petiteúω, ἐπειδὴ ἀφαιροῦμαί σου τὴν ἐπιλογήν, ἣν ἡ φύσις τῆς ἐπερωτήσεώς σοι παρέχει. ὁ γὰρ οὕτως ἐπερωτηθεὶς· »ὁμολογεῖς διδόναι μοι Στῖχον ἢ ι′ νομίσματα«; ἐξουσίαν ἔχει τοῦ καταβαλεῖν ὃ βούλεται. ὁ τοίνυν τὰ δέκα νομίσματα ἀπαιτῶν ἢ μόνον τὸν οἰκέτην ἀφαιρεῖται τὴν
15 ἐπιλογὴν τοῦ χρέους, καὶ ἐντεῦθεν καλλίονα μὲν τὴν αὐτοῦ, χείρονα δὲ τὴν αἵρεσιν ποιεῖ[6]) τοῦ ἐναγομένου. ἐσθ' ὅτε γὰρ δυσχερεστέρα ἐστὶν ἡ καταβολὴ τῷ ῥέῳ τῶν δέκα νομισμάτων ἢπερ τοῦ οἰκέτου καὶ διὰ τοῦτο βλάπτεται τὴν ἐπιλογὴν οὐκ ἔχων. ὥστε οὖν[a]) δεῖ ὁμοιότροπον εἶναι τὴν ἐναγωγὴν τῇ
20 ἐπερωτήσει, ἵνα οὕτως εἴπω ἐνάγων[7])· »εἰ φαίνεται τὸν ἀντίδικον χρῆναι δοῦναι Στῖχον ἢ ι νομίσματα«. εἰ δὲ καί τις γενικῶς οἰκέτην ἐπερωτήσῃ, καὶ ἦλθεν ἰδικῶς Στῖχον ἀπαιτῶν, ἢ γενικῶς οἶνον ἐπερωτήσας[8]) καὶ[9]) ἰδικῶς καμπανὸν[10]) οἶνον[11]) ἀπαιτήσῃ[12]), ἢ[13]) γενικῶς πορφύραν ἐπερω-
25 τήσας μετὰ ταῦτα ἰδικῶς τυρίαν[14]) ἀπαιτήσῃ, plus petiteúei· τὴν γὰρ ἐπιλογὴν ἀφαιρεῖται τοῦ ἐναγομένου, ἣν φύσις αὐτῷ δίδοται τῆς ἐπερωτήσεως. ὁ γὰρ γενικῶς ἐπερωτηθεὶς οἰκέτην ἢ οἶνον ἢ πορφύραν ἐξουσίαν ἔχει[15]) ἐξ οἵου βούλεται

---

1) καὶ L[6]. Vi. R. 2) ἐν ins. Vi. 3) pl. pet. γίν. L[1]. F. γενήσεται Vi. R. 4) ὁ ins. Vi. R. 5) ἅτινα Pi. L[2]. L[6]. 6) ποι. τ. αἵρ. L[6]. 7) δ'. Vi. R. 8) -- σά σε L[6]. ἢ ins. M. 9) μετὰ ταῦτα. 10) —ιον hic et deinc. L[1]. L[6]. 11) εἶναι Vi. R. 12) —τεῖ L[1]. Pi. F.: —τήσω L[6]. 13) d. M. 14) ὑρίαν L[2]. μαρτυρίαν L[1]. 15) ἕξει Vi. R.

a) cfr. G. 4. 53.

debes: aliquo enim loco intentionem fieri perinde est, ac si eius loci mentio fiat. et liquet, iudicio Ephesi instituto, recte
33d. eius quod interest rationem ex eo loco spectari. 33d. Huic, qui loco plus petit, proximus est qui causa plus petit. et quomodo causa plus petitur? id fit in alternatione: ut ecce: stipulatus sum a te: 'spondesne mihi dare hominem Stichum aut aureos decem?' et deinceps decem aureos solum peto. causa plus peto, quia tibi electionem adimo, quam stipulationis natura tibi praebet. nam is a quo ita quis stipulatur: 'Stichum aut aureos decem mihi dare spondes?' facultatem habet alterutrum soluendi: qui igitur decem aureos aut hominem solum petit, electionem soluendi aufert et eo modo suam quidem meliorem, aduersarii autem condicionem deteriorem facit. forte enim difficilius est reo decem aureos, quam hominem praestare et ideo laeditur, cum electionem non habeat. oportet igitur intentionem similem esse stipulationi, ita, ut hoc modo intendam: 'si paret aduersarium Stichum aut decem aureos dare oportere'. praeterea si quis generaliter hominem sit stipulatus et specialiter Stichum petat, aut generaliter uinum stipulatus specialiter campanum petat, aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter tyriam petat, plus petit; quia electionem aduersario tollit, quam ei natura dabat stipulationis. nam qui generaliter hominem aut uinum aut purpuram promittit potest id ex quolibet loco acceptum

τόπου τοῦτο λαβὼν καταβάλλειν. τὸ πλέον φημὶ, εἰ καὶ εὐτελέστατον εἴη τὸ ἀπαιτούμενον, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτως ὁ actωr plus petiteúei· συμβαίνει γὰρ ἐσθ' ὅτε καὶ[1]) τὸ νομιζόμενον εἶναι εὐτελὲς, δυσχερὲς εἰς καταβολὴν γίνεσθαι τῷ ἐναγομένῳ. οἷον λόγου χάριν πάντων τῶν οἴνων χειρων ἐστὶν ὁ καμπανός· ἐὰν γενικῶς ἐπερωτήσας ἰδικῶς καμπανὸν ἀπαιτῶ, διὰ τοῦτο plus petiteúω, ἐπειδὴ ὁ ἐναγόμενος ἐσθ' ὅτε εὐχερέστερον οἶνον καλλίονα δίδωσιν ἢ καμπανὸν διὰ τὸ ἀπορεῖν τούτου[2]). 33e. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάλαι ἦν ἐν πολιτείᾳ[3]) τῶν 33e.
plus petitiónωn. μετὰ δὲ ταῦτα διάταξις ζήνωνος τοῦ τῆς θείας λήξεως, οὐδὲν δὲ[4]) ἧττον καὶ νομοθεσία τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἐστένωσε ταῦτα τὰ τῶν plus petitiónωn. καὶ εἰ μέν τις χρόνῳ plus petiteúsῃ[5]) τι, χρὴ τὸν δικαστὴν ὁρίζειν, ὡς ἡ ζήνωνος διδάσκει διάταξις· εἰ δὲ καὶ περὶ ποσότητα ᾖ[6]) καθ' ἕτερον τρόπον γένηται ἢ[7]) plus petitiωn καί τις ἐντεῦθεν ζημία συμβῇ τῷ ἐναγομένῳ, οἷον σπορτούλλων πλειόνων δόσις (ὡς καὶ[8]) προειρήκαμεν) εἰς τὸ τριπλοῦν, ὡς ὑπὲρ τὸ δεόν ὁ réos ἐζημιώθη, ὁ actωr καταδικασθήσεται. 34. Κινῶν τις 34.
κατ' ἐμοῦ δικαστήριον minus epetiteuse[9]). δέκα γὰρ ἐποφειλόμενος ἐκίνησε περὶ πέντε ἢ δεσπόζων εἰς ὁλόκληρον τοῦ[10]) ὑπ' ἐμοῦ κατεχομένου ἀγροῦ περὶ τοῦ ἡμίσεως ἐποιήσατο τὴν ἐναγωγήν· οὐδεὶς αὐτῷ κίνδυνος ἐντεῦθεν συμβήσεται· εἰς γὰρ τὴν λοιπὴν ποσότητα οὐδὲν ἧττον ὁ δικαστὴς ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ[11]) καταδικάζει με, ὡς ἡ εἰρημένη ζήνωνος βούλεται διάταξις. 35. Ἐάν τις aliud ἁμαρτήσῃ οὐκ ἔσται αὐτῷ τὸ 35.
πταῖσμα ἐπιζήμιον. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ δικαστηρίῳ τῆς ἀληθείας γνωρισθείσης, ἡ πλάνη διόρθωσιν ἐπεδέχεται. τὸ δὲ aliud ἕτερον ἁμαρτάνεται δύο τρόποις[12]), ἢ πράγματι ἢ αἰτίᾳ. πράγματι μὲν, οἷον Στῖχον ἐποφειλόμενος τὸν οἰκέτην ἦλθεν Ἔρωτα ἀπαιτῶν· αἰτίᾳ δὲ οἷον ἡνίκα ἑτέραν ἀντὶ

---

1) d. Vi. R. 2) τούτ. ἀπ. Vi. F. R. 3) ταῦτα ad. M.
4) d. Vi. R. 5) —εύει Vi. R. 6) τι M. L^6. 7) d. L^6.
8) d. L^6. Vi. R. 9) scr. M. L^2. 10) τούτου L^2. 11) οὐδὲν ἧτ. h. l. Vi. F. R. 12) κατὰ $\overline{\beta}$ ἁμ. τρόπους F.: aliud pro alio l. Vi. R.

praestare. quin etiam licet uilissimum sit, quod petitur, nihilominus et ita actor plus petit. aliquando enim accidit, ut quod uile esse putatur difficilius reus soluere possit. ut ecce: uerbi gratia omnium uinorum est campanus pessimus; si, cum generaliter sim stipulatus, specialiter campanum petam, ideo plus peto, quia interdum aduersarius meliorem uinum facilius soluere possit, quam campanum, cum eius copiam
33e. non habeat. 33e. Set haec quidem de plus petitionibus antea in usu fuerunt; postea autem Zenouis diuae memoriae constitutio nec non principis nostri lex totum hoc ius de plus petitionibus coartauerunt. et si quis tempore plus petit, iudex rem definire debet, sicuti Zenouis loquitur constitutio; sin autem quantitate uel alio modo plus petitio committitur, et damnum inde forte reo accidit (ueluti si maiores sportulae dentur, uti superius diximus), in triplum eius, in quo secus
34. ac debuit reus laesus sit, actor condemnabitur. 34. Quidam mecum agens minus petiit: nam cum ei decem deberentur, quinque petiit: aut cum fundi a me possessi in solidum esset dominus, de parte dimidia intentionem concepit. nullum ex ea re periculum ei orietur: nam in reliquum nihilominus iudex me condemnabit, sicuti praedicta Zenouis constitutione
35. cauetur. 35. Si quis aliud pro alio errans petiit, eiusmodi error ei fraudi non erit. nam in eodem iudicio, cognita ueritate, error emendationem recipit. aliud pro alio duobus modis petitur, aut re aut causa: re, ueluti si is, cui Stichus debebatur, Erotem petiit: causa, ueluti cum alia pro alia

ἑτέρας ἐκίνησεν ἀγωγήν. δέον γὰρ κινῆσαι τὴν[1]) ex testamento ἐκίνησε τὴν[2]) ex stipulatu, ἢ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου. 36. Ἔστι καὶ ἄλλη[3]) τῶν ἀγωγῶν διαίρεσις. εἰσὶ γάρ τινες 36. ἀγωγαὶ, δι' ὧν οὐχ ὅλον τὸ ἐποφειλόμενον λαμβάνομεν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὁλόκληρον, ποτὲ δὲ ἧττον. οἷον ἐὰν κινῶ κατά σου τὴν de peculio ἕνεκα τοῦ σοῦ υἱοῦ ἢ τοῦ σοῦ οἰκέτου περὶ δέκα νομισμάτων. εἰ μὲν γὰρ εὔπορόν ἐστι τὸ pecúlion λήψομαι τὰ ι νομίσματα· εἰ δὲ ἄξιά ἐστι τὰ ἐν τῷ peculiῳ πράγματα πέντε νομισμάτων, εἰς τὰ ε μόνα ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης καταδικάζεται. τίνα δὲ τρόπον νοεῖσθαι χρὴ τὸ pecúlion προϊόντες μαθησόμεθα. 37. Ἔστι δὲ πρὸς τῇ de 37. peculio καὶ ἑτέρα ἀγωγὴ οὐ πάντως εἰς ὁλόκληρον ποιουμένη τὴν καταδίκην. ἐὰν γὰρ ἐγὼ ὑποδέξομαι προῖκα[4]) παρὰ τῆς ἐμαυτοῦ γαμετῆς, εἶτα συστὰς ὁ γάμος μετὰ ταῦτα διαλυθείη[5]), κινοῦσα κατ' ἐμοῦ τὴν ex stipulatu ἐπὶ ἀπαιτήσει τῆς προικὸς, οὐ πάντως λήψεται τὸ ὁλόκληρον, ἀλλ' εἰς ὅσον ἐξαρκεῖ ἡ ἐμὴ περιουσία. καὶ εἰ μὲν συντρέχει ἡ ποσότης τῶν ἐμῶν πραγμάτων τῇ ποσότητι τῆς προικὸς, ἡ γυνὴ[6]) λήψεται τὸ ὁλόκληρον. εἰ δὲ ἑκατὸν νομισμάτων οὔσης τῆς προικὸς[7]), ἡ[8]) οὐσία[9]) εἰς πεντήκοντα συντείνει, εἰς πεντήκοντα καταδικασθήσομαι διὰ τὸ εἰς[10]) τοσοῦτον εὐπορεῖν. ἐσθ' ὅτε καὶ εὐπόρου ὄντος οὐ πάντως ἡ ἐμὴ γυνὴ πᾶσαν λήψεται προῖκα διὰ τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ retentiona, ἥτις τὴν ποσότητα μειοῖ τῆς προικός. εἰ γὰρ ἐπιδοθῇ μοι πράγματα ἐν προικὶ εἰς χίλια νομίσματα συντείνοντα, δαπανήσω δὲ περὶ αὐτὰ ἑκατὸν νομίσματα, διαλυθέντος δὲ τοῦ γάμου ἀπαιτῶμαι τῶν χιλίων νομισμάτων τὴν ποσότητα, δύναμαι ἀντιτιθέναι καὶ λέγειν, ὅτιπερ ἑκατὸν ἐδαπάνησα[11]) νομίσματα περὶ τοὺς ἀγροὺς ἢ τὰς οἰκίας τὰς λόγῳ προικὸς ἐπιδοθείσας[12]). καὶ ἐπειδὴ ipso iure[13]) αἱ τοιαῦται δαπάναι τὴν τροῖκα ἀπο-

[1]) d. F. [2]) ad. ex Vi. R. [3]) *τούτων* ad. L². [4]) *πρ. ὑπ.* Vi. F. R. [5]) M.: cet. —*θῇ*. [6]) *ἤγουν* L². [7]) *περιουσίας* L⁶. [8]) d. F. [9]) *περιουσία* Vi. R. [10]) d. L². [11]) *ν. ἐδαπ.* Vi. F. R. [12]) *μοι* ad. Vi. F. R. [13]) *ἤγουν* [*καὶ* M. L¹. L². L⁶.] *αὐτῷ τῷ νόμῳ* ins. libri ed.

actione quis expertus sit; uerbi gratia, cum quidam ex testa-
36. mento agere deberet, egit ex stipulatu, uel etiam contra.
36. Est alia quoque actionum diuisio. quaedam enim actiones sunt, quibus non solidum quod nobis debetur persequimur, set modo solidum, modo minus; ueluti si tecum de peculio agam filii seruiue tui X aureos petens. nam si locuples peculium est, X aureos accipiam; si uero res peculiares V aureis dumtaxat dignae sunt, in V tantummodo pater dominusue condemnabitur. quemadmodum autem peculium intellegi
37. debeat inferius monendi sumus. 37. Est praeter actionem de peculio alia quoque, quae non semper habet in solidum condemnationem. nam si dotem a mea uxore acceperim et nuptiae constiterint, deinde solutae fuerint, ipsa mecum ex stipulatu agens ad dotem persequendam; non prorsus solidum consequetur; set quatenus facultates meae patiuntur. itaque si doti quantitati bonorum meorum quantitas concurrat, solidum mulier consequetur; sin autem, cum dos C aureorum sit, meae facultates L tantum aureos efficiant, in L condemnabor; cum eatenus tantum soluendo sim. interdum autem licet soluere possim, non omnimodo uxor mea integram recipiet dotem propter oppositam ei retentionem, quae dotis repetitionem minuit. nam si mihi res in dotem datae fuerint, quae M aureis sint dignae, impenderim autem in eas aureos C, soluto matrimonio, si M aureorum summa a me petatur, obicere possum me C aureos in fundos aedesue nomine dotis mihi datos impendisse. et quia ipso iure eiusmodi impensae

